CHARTA PAPYRACEA GRAECE SCRIPTA MUSEI BORGIANI VELITRIS QUA SERIES...

Niels Iversen Schow

Digitized by Google

15. 1. 21

15. 1. 21

Digitized by Google

XXVIII

Digitized by Google

Digitized by Google

CHARTA PAPYRACEA

GRAECE SCRIPTA

MUSEI BORGIANI VELITRIS

QUA SERIES

INCOLARUM PTOLEMAIDIS ARSINOITICAE IN AGGERIBUS
ET FOSSIS OPERANTIUM EXHIBETUR

EDITA

A NICOLAO SCHOW

ACADEMIAE VOLSCORUM VELITERNAE SOCIO

CUM ADNOTATIONE CRITICA ET PALAEOGRAPHICA
IN TEXTUM CHARTAE

ROMAE
APUD ANTONIUM FULGONIUM
CIƆ. IƆCC. LXXXVIII.

PRAESIDUM FACULTATE.

Digitized by Google

PRAEFATIO

IN hac praefatione, ut lectores ad textum chartae papyraceae, quae ob novitatem & praeſtantiam inter pretioſiſſima Muſei Borgiani Velitris monumenta Aegyptia referri meretur, paululum praeparentur, quatuor pertractanda ſunt capita: *Primo*, nempe, hiſtoria chartae, eiuſque deſcriptio praemittuntur. *Secundo*, ipſa monumenti natura & argumentum explicantur. *Tertio*, aetas conſtituitur. *Quarto* denique, novi huius monumenti utilitas monſtratur. Haec enim ea ſunt, quae hic a me deſiderantur, quibus quoque pro facultate ſatisfacere conabor. Etſi vero in hoc monumento, quod omni reſpectu novum eſt, quam plurimae difficultates interpreti obiiciantur, quae brevi tempore, deficientibus praeſertim aliis eiuſdem generis monumentis, ſuperari nequeunt; attamen in eiuſmodi rebus tentandum eſt aliquid, nihilque praetermittendum, quod ad ſtudium antiquitatis amplificandum aliquo modo pertinere videtur; hanc enim diligentiam aetas noſtra exigit, in qua obſcuriora etiam novo lumine penetrantur, nihilque abſconditum aut intentatum relinquitur.

CAPUT PRIMUM

Hiſtoria chartae papyraceae, eiuſque deſcriptio: inſeruntur autem loca ſcriptorum veterum, in quibus papyrus & fabricatio chartae ex papyro deſcribuntur.

REperta fuit charta papyracea Muſei Borgiani una cum quadraginta aut quinquaginta aliis anno MDCCLXXVIII. in loco quodam ſubterraneo urbis Gizae, in cuius regione, ut notum eſt, antiqua Memphis vulgo ſita eſſe creditur (1). Omnes

hae

(1) In ſpecimine verſionum Danielis Copticarum, quod cl. Munterus Romae edidit, charta Borgiana cum *quingentis* aliis detecta eſſe dicitur: at num. *quingenti* vitioſus eſt. Hiſtoria monumenti, quam hic narravi, ex literis ad ampliſs. Praeſulem Stephanum Borgiam hac de re ſcriptis, deducta eſt. Memphin hodierna Giza magis auſtralem fuiſſe D' Anvilius (*Mem. ſur l' Egypte ancienne & mod.* p.138. XIV.) idoneis argumentis evincit. Idem & Niebuhr. tom.I. pag.101.

hae chartae papyraceae [quonam modo volutae fuerint, neſcio] in capſula quadam ex ligno ſycomori reconditae, negotiatori cuidam exiguo pretio offerebantur : hic autem, ſummi harum rerum valoris ac pretii neſcius, unam tantum, quae noſtra eſt, novitatis cauſa emptam ad ampliſſimum Praeſulem Stephanum Borgiam mittendam curabat : reliquas diripiebant Turcae , earumque fumo [nam odorem fumi aromaticum eſſe dicunt] ſeſe oblectabant. En miſeram inſignium horum monumentorum ſortem, qua per tot rerum viciſſitudines feliciter conſervata foedis ac inhumanis hiſce barbaris, ut praeda, oblata fuiſſe videntur : benigniori autem noſtrae chartae ſorte laetemur, atque ſpe, fore, ut & plura aliquando, ſub melioribus forſan auſpiciis, eiuſdem generis monumenta reperiantur, de triſti hoc damno nos conſolemur.

Placuit hic inſigniora veterum ſcriptorum loca, in quibus de papyro , charta papyracea , eiuſque fabricationis modo agitur, deſcriptioni chartae Borgianae praemittere, *partim* ut eiuſmodi deſcriptio maiori utilitate & perſpicuitate inſtitueretur, *partim* etiam ut , quid de his rebus ex antiquitate traditum ſit, uno intuitu diſpiceretur ; loca enim veterum nullibi adhuc in unum locum congeſta habentur. Quoniam autem nonnulla ex his locis adhuc obſcura ſunt, textui notas ſubiicere coactus fui, in quibus etiam ea breviter enarrantur, quae ſparſim a viris doctis bene & utiliter obſervata eſſe deprehendi : hanc digreſſionem mihi a nonnullis lectoribus exprobratam iri praevideo, at ipſorum ſententiam ipſa rei utilitas forſan mitigabit. Inter haec autem loca praecipuus eſt inſignis ille Plinii locus de papyro, cuius verum ſenſum, praeſertim ubi de fabricatione chartae ex papyro agitur, Salmaſius ſine dubio primus in clara luce conſtituit. Guilandinus enim [ut de interpretibus Pliniani loci aliquid memorem] cuius liber de papyro a nonnullis nimium extollitur, ab aliis nimium deprimitur, locum Plinianum ſatis mediocriter interpretatus eſt, in arte interpretandi, ut videtur, parum verſatus: etſi negari nequeat, eum quibuſdam Plinii locis magnam lucem attuliſſe , ſine qua forſan ipſe Scaliger , a quo tamen nimis

nimis duriter tractatur, corruptum Plinii textum nunquam adeo feliciter emendaſſet. Hoſce ſecutus Salmaſius vitia textus Pliniani, adhuc intacta, obſervavit, textumque, qualem hodie in editione Harduina legimus, etiam ſine codicum auxilio in integrum reſtituit: ingeniis tamen aeque felicibus nonnulla adhuc relicta ſunt, in quibus nempe Salmaſius foecundo ſuo ingenio nimium indulſiſſe videtur. Scriptores diplomatici [Mabillonius, Maffeius, Benedictini. & auctor Dictionarii diplomatici] qui in explicando modo, quo ex papyro charta conficitur, locum Plinii attingunt, nihil novi adferunt, ſed aut Guilandinum aut Salmaſium ſequuntur; Maffeius tamen ceteris doctius & copioſius hoc argumentum tractavit. Diu argumentum de papyro & fabricatione chartae papyraceae intactum fuit, donec tandem comes Caylius locum Plinii retractavit, atque id, quod in virorum doctorum commentariis hucuſque deſiderabatur, ſupplevit: ipſe enim non modo Plinium egregie interpretatus eſt, ſed & ipſum papyrum eiuſque varia genera ex recentiorum botanicorum obſervatis illuſtravit, qua illuſtratione non modo Plinio, ſed & aliis veterum ſcriptorum locis nova lux affulſit. Hoſce commentatores in notatis ad loca ſubſequentia diligenter conſului.

Herodot. lib. II. 92. *edit. Weſſelingii* (1):

Την δε βυβλον, την επετειον γινομενην, επεαν ανασπασωσι εκ των ελεων, τα μεν ανω αυτης αποταμνοντες εις αλλο τι τραπουσι, το δε κατω

(1) Verſio: *Papyri quotannis naſcentis, poſtquam ſcilicet eam e paludibus extraxerint, ſuperiorem partem amputant, & in alium quendam uſum convertunt; inferiorem autem, quae cubiti circiter longitudine remanet, edunt pariter ac vendunt. Qui autem papyro eximie praeparato frui cupiunt, in furno ardenti toſtum comedunt.*

Βυβλος & παπυρος in antiquis ſcriptoribus fere ſynonyma ſunt, nec in alia re differre videntur, niſi quod βιβλος vel βυβλος ab antiquioribus adhibeatur, a recentioribus παπυρος. Hae voces tamen non ſolum Niloticum papyrum denotant, ſed & quodvis aliud iuncorum aut ſcìrporum genus, in quacumque alia regione naſcens. Sic βυβλινον οπλον ap. Homer. *Odyſs* Φ. v.390. funis nautica eſt; at non e libro papyri Aegyptii facta, ſed ſine dubio e ſcirpo Ithacenſi. Eodem modo intelligendus eſt locus Herodoti lib.VII. p.522. ubi de Strymone, ponte a Perſis iuncto, agitur, dici-

κατω λελεμμενον, οσον τε επι πηχυν, τρωγουσι και πωλεουσι (1)· οι δε αν και καρτα βουλωνται χρηστη τη βυβλω χρασθαι. εν κλιβανω διαφανει πνιξαντες ουτω τρωγουσι.

Idem lib. V. *pag.*399. (2):

Και τας βιβλους διφθερας καλεουσι απο του παλαιου οι Ιωνες, οτι κοτε εν σπανι βιβλων εχρεωντο διφθερησι αιγεησι τε και οιεησι· ετι δε

dicitur nempe de Xerxe: Παρεσκευαζετο δε και οπλα ες τας γεφυρας βυβλινα τε και λευκολινου. οπλα h. l. ſunt *funes*, *rudentes*, hi rudentes autem ex ſcirpo quodam indigena fabricati eſſe videntur. Sic multae regiones paluſtres ſuos ſcirpos habuiſſe videntur, qui ob ſimilitudinem, quam interdum cum papyro Aegyptio habent, etiam papyri nomine inſigniuntur, ut ſcirpus Italicus, in Arretii, Cluſii, & Peruſiae regionibus naſcens, qui a Strabone geogr. lib.v. p.346. nomine παπυρος indicatur, ubi inter præcipua huius regionis commoda referuntur: Λιμναι μεγαλαι τε και πολλαι ουσαι· και γαρ πλεεται, και τρεφουσιν οψον πολυ και των πτηνων τα λιμναια· τυφη τε και παπυρος, ανθηλη τε πολλη κατακομιζεται ποταμοις εις την Ρωμην, ους εκδιδοασιν αι λιμναι μεχρι του Τιβερεως. Multi ſcriptores Latini, in primis poëtae, ad hunc papyrum Italicum eiuſque multiplicem apud Romanos uſum adludunt, in quibus interpres ſemper attentus eſſe debet, ne ea, quae de papyro Italico dicta ſunt, papyro Nilotico adtribuat: Hinc & Salmaſius in exercitat. Plin. part.II. pag.1003. prudenter monuit: *Multi auctorum loci* (agitur in primis de auctoribus Latinis) *de hoc vulgari papyro, qui ſcirpus eſt, accipiendi ſunt, quos perperam de Aegyptio capiunt docti —— ubi papyrus in candelis ad lumina & funera uſui eſſe memoratur, de communi papyro, hoc eſt, ſcirpo ſumere debemus*. Plinius de papyro in verbis: *Poſt hanc* (ſc. chartam emporeticam) *papyrum eſt, extremumque eius ſcirpo ſimile*. ſine dubio papyrum Italicum reſpicit, quem autem ſcirpum appellat, ut comes Caylius optime vidit (*Memoires de l' acad. des inſcript. tom.*XXVI.).

Papyrum, qui in Apulia, Calabria & Sicilia naſcitur, antiquiores haud cognoviſſe videntur, Plinius certe eiuſdem nullibi meminit; niſi forte ſit veterum *ſari*, ut Guilandinus ſuſpicatur.

Varias papyri ſpecies (Niloticam, Siculam, Italicam, quibus etiam accedit Syriaca apud Theophraſtum) herbarii recentiores ad *cyperi* genus retulerunt. Vid. Caylius loc. laud. p.278.

(1) Sola papyri pars, quae radici proxima eſt, ab Aegyptiis manducatur, ut & ipſe Guilandinus in Aegypto obſervavit, quem vide in lib. de papyro pag.118. Hunc cibum inter Aegyptios ſatis antiquum fuiſſe colligitur ex Horapolline lib. I. hieroglyph. pag. 44. n.30. ed. Pauwii, ubi nòta hieroglyphica, *papyri faſciculus*, ita explicatur: Αρχαιογονιαν δε γραφοντες παπυρου ζωγραφουσι δεσμην. δια τουτου δηλουντες τας πρωτας τροφας· τροφων γαρ ουκ αν τις ευροι η γονης αρχην. *Antiquam gentis originem repraeſentaturi papyri faſciculum depingunt. Hac imagine prima gentis alimenta indicant: horum alimentorum enim pariter ac foetus principium nemo utique inveniret*.

(2) Verſio: *Et chartas papyraceas ab antiquis temporibus Iones membranas appellant, quia tunc in chartarum penuria membranis caprinis & ovillis utebantur: adhuc quoque mea aetate multi ex barbaris in eiuſmodi membranis ſcribunt*.

Digitized by Google

δε και το κατ' εμε πολλοι των βαρβαρων ες τοιαυτας διφθερας γραφουσι (1).

Theophraſt. hiſt. plant. lib. IV. *cap.* IX. *pag.* 423. *ed. Amſtel.* (2):

Των γουν εν Αιγυπτῳ φυομενων το μεν ολον πολυ πληθος εστιν εις το αριθμησασθαι καθ' εκαστον. Ου μην, αλλ' ωστε απλως ειπειν, απαντα εδωδιμα και χυλους εχοντα γλυκεις· διαφερειν δε δοκει τῃ γλυκυτητι και τῳ τροφιμα μαλιστα ειναι τρια ταυτα, ο τε παπυρος, και το καλουμενον σαρι, και τριτον, ο μνασιον καλουσι.

Φυεται δε ο παπυρος, ουκ εν βαθει του υδατος, αλλ' οσον εν δυο πηχεσιν, ενιαχου δε και ελαττονι· παχος μεν ουν της ριζης καρπος ανδρος ευρωστου· μηκος δε υπερ δεκα πηχεις (3). Φυεται δε υπο της γης αυτης, πλαγιας ριζας εις τον πηλον καθιεισα, λεπτας και

(1) Concidit hic Varronis aſſertum (*Alexandria condita. chartam papyraceam tum primum inventam eſſe*) quod infra in loco Pliniano videbimus.

(2) Verſio : *Plantarum in Aegypto naſcentium nimia eſt multitudo, ut ſingulas enumerarem Attamen, ut univerſim loquar, omnia edulia ſunt ſucoſque habent dulces : dulcedine autem & alimentorum copia hae tres ceteris praeſtare videntur, papyrus, ſari (ut vulgo nominatur) & tertia, quam mnaſium vocant.*

Naſcitur papyrus, non in aquis profundis, ſed in profunditate duorum circiter cubitorum, alicubi etiam minori : radicis quidem craſſitudo viri robuſti carpus eſt : at longitudo (ſc. papyri) *decem cubiti & amplius. Sub ipſa quidem terra pullulat, obliquas radices in terram luteam dimittens, graciles & frequentes : ſurſum autem papyros proprie vocatos, triangulares, altitudine quatuor circiter cubitorum, comam habentes inutilem, debilem, fructum vero omnino nullum : hos vero a multis partibus producit.*

Lignorum vice radicibus utuntur, non ad ignem ſolum, verum ex iiſdem etiam varia fabricantur vaſa & utenſilia : lignum enim multum & bonum habet.

Ipſe porro papyrus ad plurimas res utilis eſt : etenim navigia ex eo conficiunt : atque e libro vela texunt & tegetes, etiam veſtimenta quaedam, ſtragula porro atque funes & quamplurima alia etiam exteris notiſſima.

Inprimis vero & plurimum adiumentum ad alimenta hominum ex ipſo paratur : omnes enim indigenae papyrum & crudum & coctum & aſſatum mandunt : ſuccum quidem exſugunt, manducatum autem exſpuunt. Talis igitur papyrus tot & tantos praebet uſus.

Naſcitur etiam in Syria circa lacum, in quo & arundo illa odorifera : ex hoc autem papyro Antigonus ad navium uſum funes fieri iuſſit.

(3) Ariſtot. lib. I. hiſt. anim. cap. XIV. aphoriſ. 134. Αρθρα δε χειρος και βραχιονος καρπος. Adeoque tota manus eo uſque, quo brachio iungitur.

Digitized by Google

και πυκνας (1)· ανω δε τους παπυρους καλουμενους, τριγωνους, μεγεθος ως τετραπηχεις, κομην εχοντας αχρειαν, ασθενη, καρπον δε ολως ουδενα (2)· τουτους δε αναδιδωσι κατα πολλα μερη.

Χρωνται δε ταις μεν ριζαις αντι ξυλων, ου μόνον τῳ καιειν αλλα και τῳ σκευη αλλα ποιειν εξ αυτου παντοδαπα· πολυ γαρ εχει το ξυλον και καλον,

Αυτος δε ο παπυρος προς πλειστα χρησιμὸς, και γαρ πλοια ποιουσιν εξ αυτου (3)· και εκ της βιβλου ιστια τε πλεκουσι (4), και ψιαθους, και εσθητας τινας, και στρωμνας, και σχοινια τε και ετερα πλειω και εμφανεστατα δη τοις εξω (5). Μαλιστα δε και πλειστη βοηθεια προς την τροφην απ᾽ αυτου γινεται· μασωνται γαρ απαντες οι

εν

(1) Salmaſii emendationem in textum recipere nullus dubitavi, antea legebatur: Φυεται δε υπερ. Praepoſitiones υπερ & υπο in mſs. breviatae interdum vix diſcernuntur; hinc ſcriba, in ſenſum loci parum attentus, facile errare potuit. Scaliger in libro contra Guilandinum aliter, at minus feliciter.

(2) Textum Theophraſti Plinii verbis: *Thyrſi modo cacumen includens*. Salmaſius accommodaturus emendavit: ακρεαν, θυρσινην, at male: hic enim de papyris minoribus, e radice circa ſcapum pullulantibus, agitur, quibus a Proſpero Alpino enſium forma tribuitur: Plinius autem ſcapi cacumen cum thyrſi cacumine comparat. Proſper Alpinus de plantis Aegyptt. pag.43. papyrum ita deſcribit: *Papyrus, quem berd* (ⲃⲉⲣⲧ & ⲡⲁⲃⲉⲣⲧ, unde forſan παπυρος) *Aegyptii nominant, eſt planta fluminis Nili, binis aut pluribus caulibus rectiſſimis, ſupra aquam ſex ſeptemve cubitibus* (quod cum eo, quod Guilandinus de papyro tradit, apprime convenit) *aſſurgens: cauliumque in faſtigiis ſcapus innumeris capillamentis longis rectiſque contextus cernitur. Foliis quoque* (apud Theophraſtum papyri triangulares) *conſtat multis, rectis, enſiformis, tiſphae aliquatenus ſimilibus, triangularibus ac mollibus*.

(3) A ſumma uſque antiquitate navibus aut cymbis Niloticis ſtruendis papyri lignum inſerviiſſe ex fabula Iſidis colligitur; haec enim, navi papyrina vecta, membra filii, per Nili aquas diſperſa, perquirit. Ipſam fabulam Plutarch. de Iſide & Oſiride oper. tom.II. p.358. ita narrat: Της Ισιδος προς τον υιον Ωρον, εν Βουτῳ τρεφομενον, πορευθεισης, το δε αγγειον εκποδων αποθεμενης, Τυφωνα, κυνηγετουντα νυκτωρ προς την σεληνην, εντυχειν αυτῳ, και το σωμα γνωρισαντα διελειν εις τεσσερακαιδεκα μερη και διαρριψαι· την δε Ισιν, πυθομενην, αναζητειν εν βαριδι παπυρινη, ταδε ελη διεκπλεουσαν. Οθεν ουκ αδικεισθαι τους εν παπυρινοις σκαφεσι πλεοντας υπο τὼν κροκοδειλων, η φοβουμενων η σεβομενων δια την θεον.

(4) Βιβλος hoc loco eſt cortex ſcapi, qui exteriori proximus eſt: a Plinio *liber* vertitur. Ad Plinium, ubi Theophraſti locus latine redditur, Guilandinus argutatur, errorem autem Caylius pag.282. animadvertit.

(5) Antea legebatur: και εμφανεστατα δη τοις εξω τα βιβλια. Acute vidit Scaliger τα βιβλια, a ſciolo quodam in margine notatum, tempore demum contextui adglutinatum eſſe: Scaligeri opinionem amplexus τα βιβλια e textu eliminavi.

Digitized by Google

εν τη χωρᾳ παπυρον, και ωμον και εφθον και οπτον· και τον μεν χυλον καταπινουσι, το δε μασημα εκβαλλουσιν. Ο μεν ουν παπυρος τοιουτος τε και τοιαυτας παρεχεται τας χρειας.

Γινεται δε και εν Συριᾳ περι την λιμνην, εν ῃ και ο καλαμος, ο ευωδης· οθεν και Αντιγονος εις τας ναυς εποιειτο τα σχοινια.

Dioſcorides lib. I. *cap.* CXV. Περι παπυρου (1).

Παπυρος γνωριμος εστι πασιν, αφ᾽ ης ο χαρτης κατασκευαζεται· ευχρηστη δε προς την εν ιατρικῃ χρησιν, προς αναστομωσιν συριγγων σκευασθεισα διαβροχος, περιειλουμενου λινου αχρι ξηρασιας· στενουμενη γαρ και καθιεμενη εμπιπλαται υγρασιας, και εξοιδουσα διανοιγει τας συριγγας (2).

Εχει δ᾽ ετι η ριζα αυτης και τροφιμον· διαμασωμενοι γουν αυτην οι εν Αιγυπτῳ αποχυλιζουσιν, εκπτυοντες το διαμασημα.

Χρωνται δε και αντι ξυλων αυταις· η δε κεκαυμενη παπυρος αχρι τεφρωσεως δυναται νομας επεχειν τας εν στοματι και παντι μερει (3)· βελτιον δε ο χαρτης καεις δρᾳ το τοιουτον.

(1) Verſio : *Papyrus omnibus notus eſt, ex quo charta conficitur : ad uſum autem medicum inprimis utilis eſt, madefactus nempe ad laxationem fiſtularum, volutato circumcirca uſque ad ſiccitatem panno linteo : hoc modo papyrus coarctatus & conſtrictus humore impletur, atque turgendo fiſtulas aperit.*

Habet praeterea radix nutriendi vim; ipſius enim ſuccum Aegyptii manducando exſugunt, manducatum autem exſpuunt.

Pro lignis etiam radicibus utuntur : papyrus autem, in cineres redactus, depaſtiones carnis in ore & quavis alia corporis parte inhibere poteſt : melius autem charta, igne aduſta, eiuſmodi quid efficit.

(2) Eiuſmodi medicos papyri uſus rerum ruſticarum ſcriptores frequenter tradiderunt, ut Columella lib. VI. cap VI. 4. quae ap. Vegetium lib. III. cap. III. 3. repetuntur. Alium Vegetii locum lib. II: cap. XIII. 4. qui hunc Dioſcoridis locum illuſtrat, adſcribam :

Papyrum per ipſam fiſtulam traiicies, ita ut capita papyri, quae extra fiſtulam eminent, ex utraque parte alliges lino, ne cadat; & diebus quinque vel pluribus, donec calloſitas fiſtulae papyri diſtentione turgeſcat, & maius vulneris foramen fiat. Tunc ad menſuram vulneris ex fiſtulari medicamento collyrium faciens, exemto papyro, intra fiſtulam iniicies, ut impleatur ex integro: plane ne excidas, munies diligenter.

Scapo papyri nempe a Dioſcoride vis medica tribuitur, ut Guilandinus p. 109. bene animadvertit. Quod & iis, quae Proſper Alpinus p. 43. de medica papyri utilitate aſſerit, reſpondet, notat enim : *Chirurgi aliorum medulla utuntur ad ulcerum ora dilatanda. Ex ſcapique combuſto cinere recentia ulcera curant : qui etiam maligna augeri, ſi ſaepe aſpergatur, non ſinit.*

(3) Νομη, *depaſtio carnis* (ulcerum genus quod ſerpendo carnem devorat) a medicis adhibetur : in Dioſcoride aliquoties hoc ſenſu occurrit.

Digitized by Google

Strabo lib. XXII. *pag.* 799. (1):

Φυεται δ' εν ταις Αιγυπτιακαις λιμναις και τοις ελεσι η τε βιβλος και ο Αιγυπτιος κυαμος, εξ ου το κιβωριον. Σχεδον τι ισουψεις ραβδοι, οσον δεκα ποδες· αλλ' η μεν βιβλος ψιλη ραβδος εστιν, επ' ακρῳ εχουσα χαιτην —— Η δε βιβλος ενταυθα μεν ου πολλη φυεται, ου γαρ ασκειται· εν δε τοις κατω μερεσι του Δελτα πολλη, η μεν χειρων, η δε βελτιων [η ιερατικη (2)]. Κανταυθα δε τινες των τας προσοδους επεκτεινειν βουλομενων μετηνεγκαν την Ιουδαϊκην εντρεχειαν, ην εκεινοι παρευρον επι του φοινικος του Καρυωτικου και βαλσαμου· ου γαρ εωσι πολλαχου φυεσθαι, τῃ δε σπανει τιμην επιθεντες την προσοδον ουτως αυξουσι, την δε κοινην χρειαν διαλυμαινονται (3).

Plinii hiſt. nat. lib. XIII. *ſegm.* XXI.

Prius quam digrediamur ab Aegypto, & papyri natura dicetur, cum chartae uſu maxime humanitas vitae conſtet & memoria. Et hanc Alexandri magni victoria repertam, auctor eſt M. Varro, condita in Aegypto Alexandria, antea non fuiſſe chartarum uſum (4): in palmarum foliis primo ſcri-

(1) Verſio: *Naſcuntur in lacubus & paludibus Aegyptiis papyrus & faba Aegyptia (ex qua ciborium) quorum caules aequali fere altitudine circa decem pedes exſurgunt: papyri autem ſcapus nudus eſt, in vertice caeſariem habens. Hic quidem papyrus non multus naſcitur, nec enim colitur; at in inferioribus Deltae regionibus frequentior eſt, alius generis inferioris, alius praeſtantioris (hieraticus nempe). Hinc & nonnulli, reditibus augendis intenti, aſtutiam, qua Iudaei in cultura palmae caryotae & balſami verſati ſunt, in papyrum tranſtulerunt; nec enim multis in locis papyrum creſcere ſinunt; ſic, pretio penuriae accommodato, proprios reditus adaugent, publicis autem commodis detrimentum adferunt.*

(2) Η ιερατικη ex margine in textum irrepſiſſe videtur: aliquis enim legendo: η μεν χειρων η δε βελτιων. ex praeſtantiori papyro chartam hieraticam fabricari voce η ιερατικη in margine ſibi notabat.

(3) Sterilitas papyri, quae tempore Strabonis in Aegypto erat, forte eadem eſt, de qua Plinius lib. XIII. ita loquitur: *Sterilitatem ſentit hoc quoque* (ſc. papyrum): *factumque iam, Tiberio principe, inopia chartae, ut e Senatu darentur arbitri diſpenſandae; alias in tumultu vita erat.*

(4) Hanc Varronis opinionem Guilandinus erudite refellit pag. 19. at Varronis auctoritatem contra Guilandinum Scaliger defendere conatus eſt. Varronis aſſertum nullo modo defendi poſſe, ex loco Herodoti ſupra allato perſpicuum eſt.

Digitized by Google

ſcriptitatum (1), deinde quarundam arborum libris, poſtea publica monumenta plumbeis voluminibus, mox & privata linteis confici coepta aut ceris. Pugillarium enim uſum fuiſſe etiam ante Troiana tempora invenimus apud Homerum: illo vero prodente, ne terra quidem ipſa, quae nunc Aegyptus, intelligitur [cum in Sebennytico ſaltem eius nomo nonniſi charta naſcatur] poſtea adaggerata Nilo (2): ſiquidem a Pharo inſula, quae nunc Alexandriae ponte iungitur, noctis dieique velifico navigii curſu terram fuiſſe prodidit. Mox aemulatione circa bibliothecas regum Ptolemaei & Eumenis, ſupprimente chartas Ptolemaeo, idem Varro membranas Pergami tradidit repertas: poſtea promiſcue patuit uſus rei, qua conſtat immortalitas hominum.

Papyrum ergo naſcitur in paluſtribus Aegypti aut quieſcentibus Nili aquis, ubi evagatae ſtagnant, duo cubita non excedente altitudine gurgitum: brachiali radicis obliquae craſſitudine, triangulis lateribus: decem non amplius cubitorum longitudine in gracilitatem faſtigatum (3), thyrſi modo cacumen includens, ſemine nullo, aut uſu eius alio quam floris ad deos coronandos.

Radicibus incolae pro ligno utuntur; nec ignis tantum gratia, ſed ad alia quoque utenſilia vaſorum. Ex ipſo quidem

(1) Correctionem Guilandini: *in malvarum foliis primo ſcriptitatum*. a viris doctis vix approbatam iri credo: rationes emendationis, quae pag 48. adferuntur, ſatis debiles ſunt. Scaliger in libro contra Guilandinum pag. 13. antiquam Plinii lectionem tuetur. Etiam Caylius Guilandino haec opponit: *On conſerve à la bibliotheque du Roi des manuſcrits de l'intérieur de l'Inde, qui ſont écrits avec beaucoup de netteté ſur les feuilles de ces arbre* (palma ſc.).

(2) Hunc locum, qui in primis editionibus admodum vitioſe legitur, Scaliger primus in integrum reſtituit.

(3) Plinium cum Theophraſto, qui hic latine vertitur, comparando facile quis ita emendabit: *decem & amplius cubitorum longitudine*. Agitur nempe, quemadmodum & in loco Theophraſti (quem viri docti ob malam interpunctionem baud intellexerunt) non de radicis ſed de ſcapi longitudine. Comes Caylius, aſſertum Guilandini & Proſperi Alpini (*ſcapum papyri ſupra aquam ſex aut ſeptem cubitis aſſurgere*) cum textu Theophraſti & Plinii conciliaturus, hiſce ſeptem cubitis duos, qui aquis operiuntur, addit: computanda eſt etiam differentia, quae inter palmam antiquam & hodiernam intercedit. Videſis diſſert. IV. acad. Corton. tom. III.

dem papyro navigia texunt : & e libro vela tegeteſque, nec non & veſtem, etiam ſtragulam ac funes. Mandunt quoque crudum decoctumque, ſuccum tantum devorantes.

Naſcitur & in Syria, circa quem odoratus ille calamus lacum : neque aliis uſus eſt, quam inde, funibus rex Antigonus in navalibus rebus, nondum ſparto communicato (1).

Nuper & in Euphrate naſcens circa Babylonem papyrum intellectum eſt eundem uſum habere chartae ; & tamen adhuc malunt Parthi veſtibus literas intexere.

Praeparantur ex eo chartae, diviſo acu in praetenues, ſed quam latiſſimas, philuras : principatus medio, atque inde ſciſſurae ordine (2). Hieratica appellabatur antiquitus religioſis tantum voluminibus dicata, quae adulatione Auguſti nomen accepit, ſicut ſecunda Liviae a coniuge eius (3): ita deſcendit hieratica in tertium nomen. Proximum amphitheatricae datum fuerat a confecturae loco (4) : excepit hanc Romae Fannii ſagax officina, tenuatamque curioſa interpolatione principalem fecit e plebeia, & nomen ei dedit : quae non eſſet ita recurata in ſuo manſit amphitheatrica. Poſt hanc Saitica [ab oppido, ubi maxima fertilitas] ex vilioribus ramentis : propiorque etiamnum cortici Taeneotica [a vicino loco] pondere iam haec, non bonitate venalis (5) : nam emporetica,

(1) Spartum eſt ſecundum herbarios recentiores ſpecies iunci : Turnefortius in inſtitutionibus pag.518. ſpartum Plinii *gramen ſpicatum* nominat : ſic & Cluſius in hiſtoria plantarum Hiſpaniae pag.220. Vid. Caylium pag.285.

(2) *Principatus medio*. Quod in medio papyri erat, ut praeſtantiſſimum, ſic & tenuiſſimum : primum vocat bonitate & tenuitate praecipuum : ſecundum, quod proximum ab illo praecipuo locum obtinebat : atque deinceps tertium, quartum, iuxta ſciſſurae ordinem.

(3) Hic locus ab omnibus ſolicitatur: Scaliger *abolitione* legit, Harduinus *ablutione* in textum recepit : Harduini lectionem Caylius ſecutus eſt. At veterum editionum lectio *adulatione* retinenda eſt : varietas, quae hic in mſs. deprehenditur, ſine dubio oritur ex breviatione vocis *adulatione*, quae a ſcribis varie deſcribebatur.

(4) Guilandinus emendavit : *Proximum atbribiticae datum fuerat*. At ſine ratione ; vid. eius adverſarium p.36.

(5) Guilandinus pag.165. hunc locum ita bene illuſtrat : *Quo quaeque philyrarum longius a cortice ad thyrſi* (ſive ſcapi) *interiora recedit, eo eſt melior praeſtantiorque pro chartarum confecturae materia : quoque cortici appropinquat magis, eo deterior eſt ac vilior : unde poſtmodum varia chartarum genera conficiuntur pro tunicarum papyri nobilitate ignobilitateve*. Nimis autem arbitrarie lectionem *Taeneotica* vel *Taeniotica* in *Tanitica* mutavit : hinc Scaliger p.37. duriter in eum animadvertit.

Digitized by Google

retica, inutilis ſcribendo, involucris chartarum ſegeſtriumque in mercibus uſum praebet, ideo a mercatoribut cognominata. Poſt hanc papyrum eſt, extremumque eius ſcirpo ſimile; ac ne funibus quidem, niſi in humore, utile.

Texuntur omnes, madente tabula Nili aqua; turbidus liquor glutinis praebet vicem. Primo ſupina tabula ſcheda adlinitur longitudine papyri, quae potuit eſſe, reſegminibus utrinque amputatis: tranſverſa poſtea crates peragit: Premitur deinde praelis, & ſiccantur ſole plagulae, atque inter ſe iunguntur, proximarum ſemper bonitatis diminutione ad deterrimas: nunquam plures ſcapo, quam vicenae (1).

Ma-

(1) Inter omnes eos, qui modum chartae Aegyptiae ex papyro conficiendae illuſtrarunt, nemo unquam Plinii mentem clarius perſpexit, nec felicius interpretatus eſt, quam *Leo Allatius* in animadv. ad antiq. Hetruſc. fragm. pag. 118., & *Salmaſius* ad ſcriptt. hiſt. Auguſt. tom. II. p. 697. quos etiam recentiores, qui de confectura chartae Aegyptiae loquuntur, ſecuti ſunt, niſi ubi Guilandini auctoritas eos in devia deduxerit. Quum autem Salmaſius dilucidius in locum Plinianum commentetur, ipſius verba, quae hic exſcribantur, digna eſſe iudicavi:

Ex papyro, acu diviſo in tenuiſſimas & latiſſimas philyras, chartae praeparabantur: tenuiſſimae & optimae ſcindebantur circa medium (i.e. ſcapi interiora) *& inde ſciſſurae ordine uſque ad exteriorem corticem, qui ne ad funes quidem, niſi in humore, utilis erat. Ex tenuiſſimis philyris optima & tenuiſſima charta texebatur: ex minus tenuibus, minus bona.*

Modus autem conficiendi hic erat: philyrae primum tam longae, quam longum papyrum, unde erant exſectae, poterat eſſe, reſectis utrinque praeſegminibus, in tabula, Nili aqua madente, extendebantur & ſtatuebantur: & haec prima ſcheda, ſupinae tabulae adlita, vicem ſtaturminis in tela extenſi obtinebat. Super iſtas philyras, directas in tabula & extenſas, quae primam ſchedam conſtituebant, aliae deinde transverſae collocabantur & adlinebantur in modum cratis: nam crates ſic texebantur, ex directis ſcilicet & tranſverſis virgis. Sic etiam ſubtemen, in tela tranſverſum, ſtamini inſeritur: hinc in charta quoque prima ſcheda, quae in rectum tabulae adlinebatur, dicebatur ſtamen ſive ſtatumen; altera vero, quae tranſverſa ponebatur, ſubtemen —— Stamen autem chartae ex multis philyris, in tabula extenſis, concinnatum erat, ut ſtamen telae ex multis liciis: ſubtemen quoque chartae plures habebat papyri philyras tranſverſarias, ut telae ſubtemen plura fila, quae tranſverſa ſtamini inſerebantur per radios textorios. Haec tamen differentia chartarum telarumque texturae quod in chartis ſubtemen imponebatur ſtamini, & glutini ope ſtamen ad ſubtemen connectebatur; in tela autem ſubtemen ſtamini inſerebatur, & per medium decurrebat.

Poſtquam utraque ſcheda (ſupina ſc. & tranſverſa) contexta, ſubtemenque

Digitized by Google

Magna in latitudine earum differentia : tredecim digitorum optimis , duo detrahuntur hieraticae, Fanniana denos habet, & uno minus amphitheatrica : pauciores Saitica , nec malleo ſufficit : nam emporeticae brevitas ſex digitos non excedit .

Praeterea ſpectantur in chartis tenuitas, denſitas, candor, laevor . Primatum mutavit Claudius caeſar : nimia quippe Auguſtae tenuitas tolerandis non ſufficiebat calamis, ad hoc tranſmittens literas liturae metum adferebat ex averſis , & alias indecoro viſu pertranslucida : igitur e ſecundo corio ſtatumina facta ſunt, e primo ſubtegmina . Auxit & latitudinem [pedalis erat menſura , & cubitalis macrocollis (1)] : ſed ratio deprehendit vitium , unius ſchedae revulſione plures infeſtante paginas . Ob haec praelata omnibus Claudia : Auguſtae in epiſtolis

menque ſtamini connexum eſſet , &, Nili turbido ingeſto liquore , conglutinatum , praelis premebantur plagulae , exemptae deinde praelis ſole ſiccabantur : plagulas appellat Plinius chartas ipſas , ex ſtamine & ſubtemine philyrarum contextas , quas folia hodie vocamus in charta : ſcapus eſt , quem hodie manum papyri vocamus . (Nunquam ſcapo plures plagulae , quam vicenae). *hoc eſt , ut nunc loquimur , folia vicena .*

Hic omnes fere recentiores loci Pliniani commentatores, (Maffeius hiſt. diplom. pag.63. ceterique ſcriptores diplomatici una cum Caylio) Guilandinum ſecuti, a Salmaſii interpretatione recedunt : *plagulam* enim pro ſynonymo *philyrae* accipiunt, quod uſui loquendi Pliniano omnino repugnat . Secundum hos igitur *ſcapus* eſt caules papyri ; *vicenae* autem neceſſario referendae ſunt ad antecedens *plagulae* , id eſt, philyrae ; unde alius prorſus ſenſus (in unoquoque nempe papyri caule viginti philyrae continentur) efficitur .

Ratio autem , cur Plinii locus a recentioribus potius obſcuretur quam illuſtretur , eſt , quod cum Guilandino *philyra* , *ſcheda* , *ſtamen* & *ſubtegmen* , *crates* , *plagula* , pro ſynonymis habeantur , quum unaquaeque harum vocum propriam ac definitam vim habeat . *Philyrae* enim ſunt folia ex interiori papyri ſcapo exſecta , ex quibus , aqua Nilotica conglutinatis, *ſcheda* componitur: *philyra* autem *ramentum* & *corium* ſynonyma ſunt . *Scheda* , in linea recta tabulae cuidam impoſita , & cum tela quadam comparata , vocatur *ſtamen* , in linea autem tranſverſa , *ſubtegmen* . *Crates* deinde dicitur de ſchedis (recta nempe & tranſverſa) ſecum unitis ; quia lineae rectae & tranſverſae ad modum cratis ſe mutuo ſecant . *Plagula* autem eſt folium chartae , ex ſtamine & ſubtegmine philyrarum contextae . Hanc interpretationis clavem ſi quis tenuerit , a mente Plinii nunquam aberrabit .

(1) Hanc menſurae differentiam omnes chartas Aegyptias Romae recuratas reſpicere Caylius arbitratur ; agitur, ut mihi videtur, de ſola charta Auguſta.

Digitized by Google

ſtolis auctoritas relicta : Liviana ſuam retinuit, cui nihil primae erat, ſed omnia ſecundae (1).

Scabritia laevigatur dente conchave, ſed caducae literae fiunt : minus ſorbet politura charta, magis ſplendet (2). Rebellat ſaepe humor incurioſe datus primo : malleoque deprehenditur aut etiam odore, cum fuerit indiligentior (3). Deprehen-

(1) In quo proprie conſtiterit mutatio chartae, a Claudio facta, Salmaſius ita exponit : *Charta Auguſta, quae ex primis illis philyris tota erat contexta, & tam ſtatumen, quam ſubtegmen ex illis tenuiſſimis philyris. quae in medio papyri ſunt, factum habebat, tenuitate etiam omnes reliquas chartas anteibat : Livia ſecundum locum obtinebat, quae ex ſecundis philyris texebatur (minus tenuibus) ideo etiam Auguſtae tenuitate cedebat. Sed quod Auguſta nimium praetenuis eſſet, aliam invenit Claudius, cuius ſtatumen ex ſecunda philyra, ſubtemen ex prima factum eſt; & ſic Liviae ſtatumen habuit, Auguſtae ſubtemen*. (Plinius hoc ita exprimit : *Igitur e ſecundo corio ſtatumina facta ſunt, e primo ſubtegmina*). *Corium* idem eſt ac *philyra*, ut ſupra monitum fuit.

Guilandinus & Scaliger locum hunc non intellexerunt : quin & Guilandinus Turnebo ſuccenſet, quod verba Plinii, quae antea abſque ullo ſenſu ita legebantur : *Igitur & ſecundo corio ſtatumina facta ſunt e primo ſubtegmine*. eo modo, quo hodie leguntur, & in quo meliores codd. mſs. conſentiunt, reſtituenda eſſe putaverit. Ex vitioſa huius loci lectione orta eſt falſa Guilandini opinio de charta Claudia, quod nempe ex tribus ſchedis (ſtamine, ſubtegmine & altero ſtamine) conſtiterit, quam opinionem recentiorum plerique amplectuntur.

In verbis : *tolerandis non ſufficiebat calamis* (id eſt, calamos propter nimiam tenuitatem non ſuſtinuit, vix tolerare potuit) magna eſt codd. mſs varietas : nonnulli *tenerandis* alii *temperandis* legunt. (Salmaſius maluit : *temperatis non ſufficiebat calamis*). Haec varietas oritur ex breviatione vocis in antiquis mſs., quae varie a librariis lecta fuit & deſcripta.

(2) Agitur hic de modo, quo vitia chartae Aegyptiae Romae in officinis chartariorum recurabantur : in hac recurandi arte inter ceteras officina Fanniana excelluit, in qua nempe charta Aegyptia, amphitheatrica appellata, malleo ita extenſa fuit & tenuata, ut latitudo eius unum digitum ampliata fuerit : eiuſmodi melioratio chartae Aegyptiae, arte & induſtria facta, a Plinio *curioſa interpolatio* vocatur.

Polituram malleo & dente factam ſolis Romanis deberi multum dubito; nam in charta Borgiana, quae polituram Romanam nunquam ſortita eſt, & omnis ſcabrities extenuata eſt, & rugae ſublatae (prius malleo factum eſt, poſterius dente). Unde quoque Scaligeri & Caylii opiniones novi huius monumenti apparitione & multum incertas eſſe & auctoritate deſtitutas nemini non perſpicuum erit.

Verba Plinii : *minus ſorbet politura charta, magis ſplendet*. ita intelligenda ſunt : charta rudis & impolita, ſplendorem chartae laevigatae quidem non habet; at facilius liquorem atramenti imbibit, & literarum tenacior eſt.

(3) Harduinus contra codicum auctoritatem emendavit : *indulgentior*, hoc eſt, largior, abundantior (humor ſc.) forte quia *indiligentior* idem exprimit ac antecedens : *incurioſe datus*. At eiuſmodi negligentia ad characterem ſtili Pliniani pertinet.

Digitized by Google

Deprehenditur & lentigo oculis : ſed inſerta mediis glutinamentis taenia, fungo papyri bibula, vix niſi litera fundente ſe (1). Tantum ineſt fraudis : alius igitur iterum texendis labor.

Glutinum vulgare e pollinis flore temperatur fervente aqua, minimo aceti aſperſu; nam fabrile, gummiſque, fragilia ſunt. Diligentior cura, mollia panis fermentati colata aqua fervente : minimum hoc modo intergerii, atque etiam Nili lenitas ſuperatur (2). Omne autem glutinum nec vetuſtius eſſe debet uno die, nec recentius. Poſtea malleo tenuatur, & iterum glutino percurritur : iterumque conſtricta erugatur, atque extenditur malleo.

Flavii Vopiſci Saturninus p.719, in Scriptoribus hiſt. Aug. tom. II.

Ne quis mihi Aegyptiorum iraſcatur & meum eſſe credat, quod in literas retuli, Adriani epiſtolam, ex libris Phlegontis liberti eius proditam, ex quo penitus Aegyptiorum detegitur, indidi :

Adrianus aug. Servlano coſ.

Civitas opulenta, dives, foecunda, in qua nemo vivat otioſus : alii vitrum conflant, ab aliis charta conficitur, alii linyphiones ſunt, omnes certe cuiuſcumque artis & videntur & habentur (3).

Eiuſ-

(1) *Lentigo* eſt macula lentiginoſa, colore ſubruſo, quae in chartis, lumini ſolis obverſis, detegitur. *Taenia*, inanis in plagulis ductus, cui aquae Niloticae gluten non adhaeſit.

Planta papyri fungoſa eſt, ut Guilandinus in Aegypto ipſius plantae intuitu obſervavit : hinc a Plinio natura fungi bibula, in qua omne liquidum funditur, papyro recte tribuitur : Caſſiodorus quoque, ut mox videbimus, papyrum *ſpongeum lignum* vocat.

(2) Agitur hic de praeparatione glutini, quod in officinis Romanis tempore Plinii adhibebatur, cuiuſque deſcriptio ſatis perſpicua eſt. Eſt autem verſus finem lectionis varietas, quae ſenſum aliquantulum mutat : Harduinus enim ex codicibus in textum recepit : *atque etiam lini lenitas ſuperatur*. Antiquam vero lectionem non modo intellectu facilem, verum & retinendam eſſe iudico; docet enim Plinius, glutinum Romanum, praeſcripto modo praeparatum, aquam Niloticam, quae apud Aegyptios glutinis vicem praebuit, lenitate etiam ac tenuitate ſuperare. Harduinus in nova lectione recipienda iudicium Scaligeri ſecutus eſt, qui in libro contra Guilandinum pag. 51. textum eodem modo corrigendum eſſe voluit.

(3) Apparet ex hac Hadriani epiſtola, ſi modo genuina ſit, magnam etiam tum temporis Aegyptiorum in charta conficienda induſtriam fuiſſe, quae ipſis ſine dubio commercia lucroſa cum aliis gentibus procurabat.

Digitized by Google

Eiuſdem Firmus. Ibid. pag. 693.

Tertius iſte [Firmus ſc.] Zenobiae amicus ac ſocius, qui Alexandriam Aegyptiorum incitatus furore pervaſit; & quem Aurelianus ſolita virtutum ſuarum felicitate contrivit. De huius divitiis multa dicuntur; nam & vitreis quadraturis, bitumine aliiſque medicamentis inſertis, domum induxiſſe perhibetur; & tantum habuiſſe de chartis, ut publice ſaepe diceret, exercitum ſe alere poſſe papyro & glutino (1).

D. Hieronymi epiſt. VII. *ad Chromatium Iovinum & Euſebium, oper. tom.* I. *pag.* 18.

Credite amori vera dicenti: &, quum has ſcriberem, vos videbam. De quibus hoc primum queror, cur, tot interiacentibus ſpatiis maris atque terrarum, tam parvam epiſtolam miſeritis; niſi quod ita merui, qui vobis, ut ſcribitis, ante non ſcripſi. Chartam defuiſſe non puto, Aegypto miniſtrante commercia: &, ſi alicubi Ptolemaeus maria clauſiſſet, tamen rex Attalus membranas a Pergamo miſerat, ut penuria chartae pellibus penſaretur.

Eiuſdem comment. in Iſaiam cap. XVIII. *oper. tom.* IV. *pag.* 198.

Verſ. 2. *Qui mittit in mari legatos & in vaſis papyri ſuper aquas. Ite angeli veloces ad gentem convulſam & dilaceratam, ad populum terribilem, poſt quem non eſt alius.*

De Alexandria, quae tunc No vocabatur, legati miſſi ſunt Hieroſolymam. *Et in vaſis papyri*, id eſt, epiſtolis ſive navibus

(1) Hoc intelligendum eſt de annuis reditibus, qui ipſi ex commercio chartarum proveniebant. De ſenſu loci, qui per ſe ſatis clarus eſt, commentatores docti prolixe diſſeruerunt.

ſuum illis auxilium promittentes dixerint : *Ite velociter ad Iudaeorum gentem convulſam &c.* (1).

Caſſiodori Variar. lib. XI. *pag.* 185. *epiſt.* XXXVIII.

Ioanni Canonicario Thuſciae ſenator praefectus praetorio.

—— *Pulchrum plane opus Memphis ingenioſa concepit, ut univerſa ſcrinia veſtiret, quod unius loci labor elegans texuiſſet. Surgit Nilotica ſilva ſine ramis, nemus ſine frondibus, aquarum ſeges, paludum pulchra caeſaries, virgultis mollior, herbis durior, neſcio qua vacuitate plena, plenitudine vacua, bibula teneritudine ſpongeum lignum, cui more pomi robur in cortice eſt, mollities in medullis, proceritas levis ſed ipſa ſe continens, foedae inundationis pulcherrimus fructus : nam quid tale in qualibet cultura naſcitur, quam illud, ubi prudentum ſenſa ſervantur?*

Periclitabantur ante hoc dicta ſapientum : cogitata maiorum : nam quemadmodum velociter potuiſſet ſcribi, quod, repugnante duritia corticis, vix poterat expediri? Ineptas nimirum moras calor animi ſuſtinebat ; &, quum differebantur verba, tepeſcere cogebantur ingenia. Hinc & priſcorum opuſcula libros appellavit antiquitas ; nam hodie quoque librum virentis ligni vocitamus exuvias. Erat indecorum, fateor, doctos ſermones committere tabulis impolitis ; & in veternoſis ramalibus imprimere, quod ſenſualis poterat elegantia reperire. Gravatis manibus, paucis memoriam commonebat ; nec invitabatur plura dicere, cui ſe talis pagina videbatur

(1) Loci Iſaiae textus Hebraicus :

השלח בים צירים ובכלי־גמא על־פני־מים

Vox גמא, *ſcirpus Niloticus, papyrus* (quae & in aliis locis, a Celſio in hierobot. part. II. pag. 137. collectis, גמה ſcribitur) a גמא *abſorbere, bibere* deducitur ; quia papyrus in aquis naſcitur & nutritur. LXX. interpretes *ο αποστελλων εν θαλασση ομηρα, και επιστολας βιβλινας επανω του υδατος* vertunt, quam verſionem Guilandinus per *εντολας βιβλινας* explicat, *mandata in papyro ſcripta* : quam opinionem Caylius quoque amplecti videtur. Mihi quidem poſterior Hieronymi interpretatio, qua verbis כלי־גמא naves intelliguntur, ex ligno papyri fabricatae, quibuſque nuncii Aegyptii in terram Iudaeorum mitterentur, praeferenda eſſe videtur ; poëtice autem naves papyri ac pro quovis alio navium genere memorantur.

Digitized by Google

debatur offerre. Sed hoc primordiis conſentaneum fuit; quoniam rude principium tale debuit habere commentum, quod provocaret ingenia ſequentium.

Invitatrix pulchritudo chartarum affluenter dicitur, ubi exceptionis ſubtrahi materia non timetur: haec enim tergo niveo aperit eloquentibus campum, copioſa ſemper aſſiſtit, &, quo fiat habilis, in ſe revoluta colligitur, dum magnis tractatibus explicatur. Iunctura ſine rimis, continuitas de minutiis (1), *viſcera nivea virentium herbarum, ſcripturabilis facies, quae nigredinem ſuſcipit ad decorem &c.*

Iſidorus Hiſpal. epiſc. Originum lib. VI. *pag.* 131. *ed. Baſil.*
De chartis.

Chartarum uſum primum Aegyptus miniſtravit, coeptum apud Memphiticam urbem; Memphis namque civitas Aegyptiorum eſt, ubi chartae uſus inventus eſt primum, ſicut ait Lucanus:

Conficitur bibula Memphitis charta papyro.

Bibulam autem papyrum dixit, quod humorem bibat: charta autem dicta, quod carptim papyri tegmen decerptum glutinatur, cuius genera quam plura ſunt (2). Prima & praecipua Auguſtea regia, maioris formae, in honorem Octaviani Auguſti appellata (3). Secunda Liviana, ad honorem Liviae (4). Ter-

(1) Utraque ſcheda, ſtatuminaria nempe & tranſverſaria ex pluribus minutiis, hoc eſt philyris, compoſita erat, unde Caſſiodorus: *continuitas de minutiis*. Praeſtantiores deinde philyrae ex interiori ſcapi parte deſumptae erant: hinc *viſcera nivea virentium herbarum*.

(2) Videmus hic ingenioſum grammaticum, qui ubique etymologias quaeris, eaſque interdum minus veras. Ex hac etymologia apparet, Iſidorum credere, quod charta Aegyptia ex exteriori papyri cortice conficeretur: hoc autem falſum eſſe ex locis ſupra allatis perſpicitur.

(3) Iſidorus igitur ſaec. VI. in Plinio ita legebat: *Quae adulatione Auguſti nomen accepit, ſicut ſecunda Liviae &c.* Quod magnam ſane antiquae lectioni, a me in loco Plinii ſervatae, auctoritatem conciliat.

(4) Antea legebatur: *Secunda Libiana ad honorem Libiae provinciae*. Quod & Scaligerum contra Guiland. p.46. eodem modo emendaſſe, at circumſpecte, video, verba eius ſunt: *Apud Iſidorum legitur Libiana, & a provincia Libya deducitur. Ego puto nomen provinciae delendum, & Liviam auguſtam ab Iſidoro intelligi: quanquam non plane mutare auſim, quia huiuſmodi nugis plurimis ſcatet Iſidorus*. Mihi quidem videtur vox *provinciae* inſulſi cuiuſdam librarii additamentum eſſe: literas autem *b* & *v* in mſs. latinis vitio pronunciationis ſaepius commutari, cuivis compertum eſt.

Digitized by Google

Tertia hieratica dicta, eo quod ad ſacros libros eligebatur; ſimilis Auguſteae, ſed ſubcolorata. Quarta Taeneotica, a loco Alexandriae, qui ita vocatur, ubi ſiebat. Quinta Saitica, ab oppido Sai. Sexta Corneliana, a Cornelio Gallo praefecto Aegypti primum confecta. Septima emporetica, quod ea merces involvuntur, quum ſit ſcripturis minus idonea.

Ex his igitur locis papyri natura, variique eius uſus, modus etiam, quo charta olim ex hac planta conficiebatur, ſatis clare perſpiciuntur: aetatem quoque chartarum Aegyptiarum contra Varronis opinionem Herodoti aetatem antecedere [quum Herodoti tempore, ut ſupra vidimus, uſus chartae papyraceae inter Iones adeo communis fuerit, ut, nonniſi in chartarum penuria, in membranis ſcriberetur] perſpicuum eſſe arbitror. Poſt tempora Herodoti Graeci, ut ex multis veterum ſcriptorum locis colligitur, eadem charta utebantur: at quo modo, utrum eam, qualis nempe ex Aegypto advenerit, adhibuerint, an more Romano politam denuo ac recuratam, in tanto antiquitatis ſilentio conſtitui nequit. Romanorum vero induſtria inferiora ſaltem chartarum Aegyptiarum genera laeviora ac tenuiora facta eſſe a Plinio ſolo traditur, qui hoc argumentum, ut mihi videtur, ſatis clare exponit: qui enim hic obſcuritatem Plinio obiiciunt, haud advertere videntur, hanc obſcuritatis culpam non tam in ipſum auctorem, quam potius ſcribas transferendam eſſe, qui, mentem auctoris haud perſpicientes, textum foedis inquinarunt vitiis. Quam vulgaris autem chartae papyraceae uſus ſub primis praeſertim imperatoribus fuerit, volumina Herculanenſia cum Plinio aperte teſtantur: qui uſus deinde magis magiſque exoleviſſe videtur, donec tandem, declinante imperio Romano, maiori membranarum copia atque commoditate charta Aegyptia rarior fuit, atque ob hanc raritatem uſu communi excluſa. Adhuc tamen uſu quodam invaluit, ut diplomata inpri-

Digitized by Google

inprimis & acta publica ſive inſtrumenta in charta papyracea ſcriberentur: inſigniora ex tenero atque ſubtili hoc monumentorum genere in bibliotheca Vaticana adſervantur, quorum indicem, quem cl. Abbas Marinius, in re lapidaria & diplomatica omnium noſtrae aetatis facile primus, amice ac humaniter mecum communicavit, hic publicum faciam.

Chartae papyraceae bibliothecae Vaticanae ſunt XVII., quarum ſedecim publicatae ſunt, *partim* in inſcriptionibus antiquis Ioan. Baptiſtae Donii claſs. XIX. editis a Prop. Gorio, *partim* in Maffeii hiſt. diplom. pag. 129.

A Donio ſub num. IV. VI. VII. VIII. IX. X. XIV.

A Maffeio ſub num. I. III. VI. VII. VIII. X. XI. XIV. XV. His accedit una inedita, Clementi XIV. a marchione Moſca Bartio dono data.

Antiquiſſimam omnium Maffeius ſub num. I. pag. 130. hiſt. diplom. vulgavit, antea iam a Mabillonio & Bacchinio publicatam: aetas eius, ut notum eſt, ad medium ſaec. V. pertinet, nam paulo poſt an. Chr. 444. ſcripta eſt.

Recentiorem edidit Donius ſub num. VI. pag. 485. ſcriptam ſaec. IX. & quidem circa an. Chr. 835.

Praeter has aliam antiquam & egregie conſervatam domus Alteriana poſſidet, de qua infra agetur. Notitiam autem literariam in hoc antiquitatis genere deſiderantibus adeundus eſt liber inſcriptus: *Congetture di un ſocio Etruſco ſopra una carta papiracea dell' archivio diplomatico di S. A. R. il Granduca di Toſcana. Firenze* 1781. 4. *pag.* 6. 11., ubi omnium fere, quotquot hactenus editae ſunt, chartarum Aegyptiarum brevis conſpectus exhibetur.

Quin igitur uſus chartae papyraceae ad nonum uſque ſaeculum duraverit ex ipſis, quae in hoc genere ſuperſunt, monumentis nemo dubitare poteſt: ſolus tamen Mabillonius de re diplom. lib. I. cap. VIII. pag. 34. varia ſcriptorum teſtimonia ex ſaeculo XI. & XII. collegit, quibus chartas, ex papyro & philyris fabricatas, in nonnullis Pontificum Romanorum diplomatis & epiſtolis adhibitas eſſe probare conatus eſt. At teſtimonia a Mabillonio adducta ambigua & incerta eſſe viden-

Digitized by Google

videntur ; haud raro enim ſubſequentibus praeſertim ſaeculis a nonnullis chartam bombycinam vocis abuſu quodam papyraceam vocari deprehendimus . Hoc autem certo ſcimus [uſu nempe chartae bombycinae circa ſaec. XII. aut XIII. ubique introducto , conf. Montfaucon. palaeogr. Gr. lib. I. pag. 17. Aegypti quoque & Europae commerciis tunc temporis minus frequentibus] uſum chartae papyraceae ita omnino deſiiſſe, ut & Euſtathius in Odyſs. Φ. v. 390. pag. 1923. lin. 25. claris verbis , quae mox adponam , artem chartas ex papyro conficiendi ſuo tempore neglectam eſſe ac deperditam affirmet , deque charta papyracea , tamquam re ex ſola aliorum deſcriptione ſibi cognita nec oculis unquam viſa , loquatur . En verba Euſtathii : Εχει τι αρα η βιβλος ινωδες , εξ ου εικος γινεσθαι σωματα συντελουντα εις γραφας , ινα ωσπερ απο αρχεγονου αφορμης , της κατα την χελωνην , χελυς υστερον πασα κιθαρα εκληθη —— ουτω και πασαι γραφικαι βιβλοι εκ τινος αρχαιας χρησεως τουνομα φεροιεν· εγινοντο γαρ , φασιν , απο βυβλων Αιγυπτιων , ως οια παπυρων υδροχαρων , καθα οι τοτε μεθωδευον υποκειμενα τοις γραφευσι χαρταρια , οποια ισως και τα υστερον ιδιωτικως λεγομενα ξυλοχαρτια , ων η τεχνη αρτι απηλειπται . *Habet byblus fibroſum aliquid , ex quo corpora ad ſcripturam recipiendam apta facta eſſe . probabile eſt : hinc , quemadmodum ex antiqua illa narratione de teſtudine omnis cithara* χελυς *Graece vocabatur , ſic & libri , Graece* βιβλοι *nuncupati , nomen ſuum ab antiquo chartarum biblinarum uſu mutuari videntur . Conficiebantur enim , ut dicunt , ex biblis Aegyptiis ſive papyris chartae , poſtea communiter* ξυλοχαρτια *appellatae , quarum conficiendarum ars hodie deperdita eſt* . Papyrum nempe tunc temporis lignum vocabant , unde ξυλοχαρτια *chartae ex papyro* : hinc & Caſſiodorus de papyro : *Surgit Nilotica ſylva , bibula teneritudine ſpongeum lignum* .

At tempus eſt , ut ad chartam Borgianam redeamus , quae iam deſcribenda eſt .

Quum charta papyracea muſei Borgiani omnium , quas hucuſque cognovimus , procul dubio unica ſit , quae in Aegypto fabricata eſt ; diligens ac minuta deſcriptio eorum omnium , quae in hac charta obſervantur , utilis erit ac neceſſaria .

Char-

Digitized by Google

Charta Borgiana, ut a menſura eiuſdem incipiam, tres palmos romanos & decem uncias longa eſt, lata autem unum palmum: multo longiorem eam olim fuiſſe ex reſtantibus fragmentis colligitur, quae invicem unita longitudinem & latitudinem palmarem efficiunt, quibus tamen fragmentis argumentum chartae nondum finitur.

Inter duo vitra cryſtallina optime ſervatur, nam & contra temporis iniuriam melius praemunita eſt, & fabricationis modum facilius perſcrutari licet: chartae Vaticanae & Alteriana ab una tantum parte vitris operiuntur.

Partes, ex quibus charta noſtra compoſita eſt, tanta ſubtilitate tantaque diligentia unitae ſunt, ut earum unio exterius oculis indagari nequeat: quod in ceteris chartis, quas equidem vidi, aliter eſt, in quibus interdum plagularum conglutinatio primo etiam intuitu detegitur. Huius diverſitatis ratio eſt negligentior eiuſmodi chartarum fabricatio, qua nempe plagularum extremitates rudi modo ſibi impoſitae atque unitae ſcabritiem quandam efficiunt, quae oculis ſtatim animadvertitur: huic autem vitio diligentiori partium inaequalium extenuatione in charta Borgiana occurritur. Si quis igitur chartae noſtrae partes cognoſcere velit, neceſſe eſt, ut eam lumini ſolis obvertat, quo facto, ex pluribus iiſque minimis partibus chartam confectam eſſe inveniet; quarum nonnullae uncialem latitudinem habent, aliae paulo latiores eſſe videntur. Minores haſce particulas philyras eſſe arbitror, a quarum iunctionibus plagularum unio difficulter dignoſcitur; ita ut de numero & menſura plagularum nihil certi ſtatuere poſſim. Diu quidem hoc conſilio chartam diligenter ſcrutatus ſum; at fruſtra. Interea duo loca ſunt [col. I. & col. VII.] in quibus ſolis plagularum uniones clarae ſunt & certae, de pluribus, quae ipſius monumenti intuitu probabiles eſſe viderentur, nihil hic affirmare auſim: in hiſce plagularum iunctionibus extremitas uniuſcuiuſque plagulae ſibi mutuo iniuncta unciae dimidium conſtituit. Plagulae ac philyrae hic ſenſu Pliniano, quem ſupra conſtituimus, accipiendae ſunt.

Volumina Herculanenſia [ſequor hic teſtimonium Winckelmanni

ckelmanni *Storia delle arti del diſegno ed. Rom. tom.*III. *pag.*187. ipſa enim nondum vidi] pluribus etiam ſecum unitis plagulis conſtant ; at unaquaeque ſex tantum uncias lata eſt ; nexus plagularum duas uncias efficiunt.

Adferam hic ea, quae & in aliis chartis papyrinis obſervavi, ut ex mutua comparatione varius fabricandi modus perſpiciatur.

In chartis Vaticanis, quarum indicem ſupra dedi, plagularum unio primo adſpectu in oculos incurrit ; uniuſcuiuſque autem longitudo a tredecim uſque ad decem uncias deſcendit, nec raro latitudo chartae longitudini plagularum reſpondet. Dolendum eſt, harum nonnullas adeo alte poſitas eſſe, ut eas ſcrutari non liceat ; in iis autem, quas examinare potuerim, nullum aliud fabricationis diſcrimen animadverti, niſi quod in quibuſdam textura appareat paulo craſſior & politura minus diligens.

Charta papyracea domus Alterianae, ſcripta, ut videtur, an. Chr. 462. a Vaticanis paululum diverſa eſt : multa de hac charta eiuſque argumento & aetate in libro iam ſupra laudato : *Congetture di un ſoclo Etruſco ſopra una carta papiracea &c.* erudite diſſeruntur. Longa eſt octo palmos & quatuor uncias, in qua ſeptem plagularum iunctiones clare diſtinguuntur : primae plagulae quatuor tantum unciae ſuperſunt [nam principium chartae deeſt] quinque ſequentium unaquaeque unum palmum cum dimidio longa eſt, ultimae plagulae tertia pars remanet, palmi ſcilicet dimidium : in chartis Vaticanis plagulas nullibi tantae longitudinis inveni. Huius chartae levigationem ea, quae in Vaticanis obſervatur, ſatis inferiorem deprehendi ; at ſcriptura eiuſdem egregie conſervata eſt.

In charta Borgiana philyrarum conglutinatio, praeſertim ab initio chartae, ſatis perſpicua eſt ; quae quidem in ceteris chartis, quum non translucidae ſint, cerni nequit. Tentavi quidem in fragmento quodam chartae Vaticanae, ſcriptae an. Chr. 574., quod & in muſeo Borgiano inter duo vitra adſervatur, eaſdem philyrarum iunctiones indagare & diſcernere ; at ob craſſitiem ac denſitatem chartae difficulter admodum diſtin-

Digitized by Google

diſtinguuntur. Inter texturam huius fragmenti & chartarum, quae in aedibus Vaticanis ſervantur, nullum fere diſcrimen intercedere animadverti [nam omnes hae chartae cum Alteriana ex una eademque officina prodiiſſe videntur] quare etiam ex hoc fragmento, quum vitrorum ope facilius, quam ipſae chartae Vaticanae, perluſtrari poſſit, evidenter cognoſcitur, quantum ſubtilitate texturae charta Borgiana Vaticanas ſuperet.

In charta noſtra, ut in ceteris, duo philyrarum ordines clare diſtinguuntur, unûs rectus, alter tranſverſus, ſibi ſuperimpoſiti [rectum voco, qui in longitudinem tendit, tranſverſum autem, qui latitudinem chartae conſtituit] opinionem enim de tribus philyrarum ordinibus, quam Guilandini adſeclae in certo quodam chartarum genere ſtatuerunt, ex vitioſo Plinii loco ortam eſſe iam ſupra monſtratum eſt. Maior autem chartae Borgianae ſubtilitas non tantum diligentiori fabricationis modo, ſed & maiori philyrarum ſubtilitati adſcribenda eſt: cui denique ſubtilitati accedit denſitas ſive continuitas partium, qua ceteris inprimis praeſtare videtur.

Chartam Borgianam politam ac levigatam eſſe nullum eſt dubium; nullas enim nec inaequalitates nec rugas, quae in Vaticanis & Alteriana ſatis frequentes ſunt, in ipſa deprehendimus, ita ut etiam in hac fabricationis parte ceteris antecellat. In chartis Vaticanis, quas mihi quidem ſcrutari licuit, polituram magis minuſve diligentem ubique agnovi; nullam vero, cui non ſcabrities quaedam aut rugoſitas ineſſet, inveni. Chartis Vaticanis Alteriana multo rugoſior eſt; haec autem rugoſitas negligentiori eiuſdem erugationi, quae partem polituræ conſtituit, adſcribenda eſt; nam quod ipſum fabricationis modum attinet, Alterianam inter & Vaticanas chartas nulla eſt differentia.

Nitore quodam, qui in chartis Vaticanis & Alteriana cernitur, charta Borgiana deſtituta eſt: neſcio an hic nitor glutini Romano tribuendus ſit, quem aqua Nilotica, quae in charta noſtra glutinis vicem praebuit, dare non potuerit.

Digitized by Google

Quonam modo chartae papyrinae in Aegypto politae fuerint, neſcimus; nihil enim hac de re antiquitas tradidit. Eas tamen & levigatas eſſe & extenuatas primo etiam chartae Borgianae adſpectu evidentiſſimum eſt; quare & de veritate aſſerti, quo Comes Caylius [*Mem. de l' acad. des inſcript.* tom. XXVI.] *polituram chartarum, malleo nempe dente aut concha factam, ſolis Romanis deberi* contendit, multum dubito.

Color chartae Borgianae a colore ceterarum ſatis diverſus eſt, chartae Vaticanae aut colorem candidum habent aut cinereum, quemadmodum & Alteriana, quae partim candida eſt, partim cinerea, ſitu enim ac vetuſtate candor primus immutari debebat: color autem chartae Borgianae flavus eſt & oleaceus, ubique aequalis, exceptis paucioribus locis, ubi ſitu longo paululum obfuſcatus eſt. Quemnam colorem olim habuerit, definire nequeo; etſi haud improbabile ſit, colorem, quem hodie habet, eiuſdem vetuſtati deberi, eamque, ut ceterae, ab initio candidam fuiſſe.

Atramentum, quo charta Borgiana ſcripta eſt, eo, quo hodie utimur, craſſius fuiſſe videtur, nec multo diverſum ab eo, quod atramentum Sinenſe appellamus; literae enim ob atramenti craſſitiem a ſuperficie chartae exſtare videntur, & in nonnullis locis nigredo atramenti ita conſervata eſt, ut recens eſſe appareat. Simili atramento volumina Herculanenſia ſcripta eſſe videntur; Martorellius enim *de theca calam.* lib.I. pag. 274. atramentum horum voluminum ita deſcribit: *Atratramenti vim eiuſque optimum & tenax temperamentum miramur; namque, licet papyrus ſit aduſta & in nigrorem abierit, atrum illum liquorem neque tot ſaeculorum vertigo decoxit aut obliteravit.* Id ipſum quoque Winckelmannus loco ſupra laud. teſtatur.

Chartae papyrinae, quum fibroſae ſint ac tenues, atramentum pingue & craſſum requirunt; atramentum enim, quod nimis liquidum eſſet & aquoſum, tenuitatem papyri penetrat, ſe diffundit maculatque. In noſtra charta, quum denſa ſit ac compacta, hodierno atramento, ut in fragmento quodam expertus ſum, ſcribi poteſt, at difficulter; nam, ne calamus nimium intingatur, diligenter cavendum eſt.

In

Digitized by Google

In chartis Vaticanis, quas equidem examinavi, & Alteriana atramenti temperamentum ab hodierno vix differre videtur.

Chartae Vaticanae aut latitudinem aut longitudinem verſus ſcriptae ſunt, pleraeque tamen per latitudinem, ut & Alteriana: at charta Borgiana, ut volumina Herculanenſia, longitudinem verſus, quae quidem in plures columnas partita eſt, eadem ratione, quam Martorellius loco laud. pag. 272. in voluminibus Herculanenſibus ita deſcribit: *Scriptionis ratio non ita ſe habet, ut —— verſus per longitudinem exarati ſint; ſed breviſſimos vides & ad parvas columnas, binos circiter digitos latas, conformatos, quas ſuperne deorſum facile legas, exiguo admodum ſpatio inter eaſdem iniecto.*

Columnae, in quas charta Borgiana diviſa eſt, ſunt duodecim cum dimidia, quarum unaquaeque 30. aut 34. verſus habet: in volumine Herculanenſi, quo Philodemi rhetorica continetur, cuiuſque columnae, ut noſtrae quoque, palmares ſunt, unaquaeque columna, teſte Winckelmanno, 40. aut 44. verſus exhibet.

Columnarum chartae Borgianae latitudo diverſa eſt: prima ſex uncias lata eſt, ſecunda quatuor, omneſque reliquae trium tantum unciarum latitudinem habent.

Inter columnas [ut & in voluminibus Herculanenſibus teſte Winckelm.] ſunt interſtitia, quarum latitudo fere uncialis eſt; verſus autem ad lineam perpendiculi exarati videntur.

De modo, quo charta noſtra olim convoluta fuerit, nihil certi affirmare poſſum; venit enim ex Aegypto in ſe circumvoluta, atque ſolitis illis voluminum veterum adiunctis & ornamentis ſpoliata. Eam tamen olim volutam eſſe ex frequentibus eiuſdem rimis, quae omnes ex flexibus voluminis detritis ortae eſſe videntur, perſpicuum eſt.

Ante primam columnam vacuum quoddam ſpatium latitudine unciali relictum eſt, cuius extremitas in exiles admodum floccos deſinit: unde facile quis ſuſpicabitur, bacillum quoddam huic extremitati olim innexum fuiſſe. Eiuſmodi

Digitized by Google

bacillorum, quae ab antiquis initio ac fini voluminum adiungi ſolebant, quo chartae evolutae commodius legerentur, veſtigia in voluminibus Herculanenſibus, teſte Winckelmanno, cernuntur.

Charta Borgiana ſatis bene conſervata eſt, ſi duas aut tres priores columnas, quae exteriorem voluminis partem conſtituebant, excipias, in quibus ſcriptura multum deleta eſt. In ſequentibus quoque rimis interdum dehiſcit; at hae rimae, ut plurimum, in interſtitiis columnarum occurrunt, ut ipſi ſcripturae minus damni adferant.

Inter columnas bene conſervatas praecipuae ſunt col.IV. VII. VIII. omnes vero fragmentum XXI. non ſolum ſcripturae ſed & chartae ipſius integritate longe ſuperat.

Quum de ſcriptura chartae infra agatur, nil obſtat, quo minus ad ſecundum caput, in quo chartae Borgianae argumentum enarrabitur, progrediamur.

CAPUT II.

Quaeritur in hoc capite, quid in charta Borgiana contineatur, & ad quodnam monumentorum genus referenda ſit.

QUI ſitum Aegypti eiuſque naturam conſiderat, facile perſpiciet, Aegyptum, conrra Nili inundationem nondum praemunitam, nec foſſarum aut canalium ope aequaliter irrigatam, deſertam ac incultam fuiſſe; ita ut a primo uſque tempore, quo habitata fuerit, eiuſmodi etiam ſecuritatis & fertilitatis media inventa fuerint, neceſſe eſt. Hinc & Herodotus [lib. II. pag. 140.] aggeres Memphi vicinos Meni, primo Aegyptiorum regi, ex communi nempe Aegyptiorum traditione tribuit, ſimulque commemorat, eos ſuo tempore a Perſis ſumma diligentia cuſtodiri; neglecta enim eiuſmodi cura, periculum eſſe, ne tota Memphis inundaretur. Loquitur deinde [lib. II. pag.167.] de duabus grandioribus foſſis, quarum una cum lacu Moeride, altera cum mari rubro Nili aquas iungebat, quibus etiam Aegyptus ſine dubio ab aquis ſtagnantibus liberabatur.

Hanc

Digitized by Google

Hanc tandem molium foſſarumque ſtructuram Aegyptiorum induſtria & agriculturae ſtudio ſub Petronio, ſecundo Auguſtali praefecto, ad ſummam perfectionem perductam deprehendimus; teſte enim Strabone [lib. XVII. pag. 788.] aquae Niloticae aequali adeo diſtributione per omnes Aegypti campos ducebantur, ut, licet flumen deſideratam menſuram non attigiſſet, omnis tamen Aegypti planities foecundaretur, nec unquam ab annonae penuria metuendum eſſet. Inſignem Strabonis locum, qui hac in re claſſicus eſt, adſcribam: Η περι τον ποταμον πραγματεια διαφερει τοσουτον, οσον τη επιμελεια νικαν την φυσιν —— Η επιμελεια πολλακις και της φυσεως εξισχυσεν επιλειπουσης, ωστε και κατα τας ελαττους αναβασεις τοσαυτην ποτισθηναι γην, οσην εν τοις μειζοσι, δια των διωρυγων και των χωματων. Επι γουν των προ Πετρωνιου χρονων η μεγιστη μεν ην φορα και αναβασις, ηνικα επι τεσσαρεσκαιδεκα πηχεις ανεβαινεν ο Νειλος· ηνικα δ' επ' οκτω, συνεβαινε λιμος. Επ' εκεινου δε αρξαντος της χωρας, και δωδεκα μονον πληρωσαντος πηχεις του Νειλου μετρου, μεγιστη ην η φορα· και οκτω ποτε μονον πληρωσαντος, λιμου ουδεις ησθετο. *Ante Petronii tempora maxima Aegypti fertilitas erat, quando ad quatuordecim cubitos Nilus adſcenderat; ad octo vero, fames erat. Ipſo vero Aegypto imperante, quando duodecim tantum cubitos menſura Nili impleverat, ſumma erat frugum abundantia; atque in octo cubitis nemo famem ſentiebat.* Haec autem Aegyptiorum induſtria, qua minori etiam Nili fluminis inundationi remederi ſtudebant, tempore Plinii multum imminuta fuiſſe videtur; ait enim [*hiſt. nat.* lib. V. cap. 10.]: Aegyptus *in duodecim cubitis famem ſentit: in tredecim etiamnum eſurit: quatuordecim cubita hilaritatem adferunt: quindecim ſecuritatem: ſedecim delicias.* Tam ſubitam mutationem ſine dubio durities iugi Romani effecit; viciſſitudo enim, cui Aegyptus, in formam provinciae Romanae redacta, obnoxia fuit, animum gentis frangere omnemque induſtriam labefactare debuit.

Quum ſalus & fertilitas Aegypti a diligenti molium exſtructione & conſervatione pendeant, mirum non eſt, ſi a ſummo imperante aut legislatore hac re ſedulo invigilari deprehendimus. Apud Diodorum Siculum [*biblioth. hiſt.* lib. I. pag. 11.]

a Sa-

Digitized by Google

a Sabaco, rege Aethiopum, poſtquam Aegyptum ſubegerat, lege ſancitum dicitur, ut ſcelerati ratione criminis, cuius rei erant, ad aggeres urbis, quam incolerent, exſtruendos cogerentur. A Romanis graviter in eos animadvertebatur, qui aut aggeres demolirentur, aut inciſiones [τα κομματα ſive αι διακοπαι Graece dictas] in eoſdem facerent, ut aquas creſcentis fluminis, antequam ad iuſtam menſuram perveniſſet, in agros ſuos deducerent. Hinc in digeſtis [lib. XLVII. tit. II. num. 10.] inter alia crimina extraordinaria ex hoc notatum invenimus:

Si aggeribus Nili nocitum ſit.

Quod Ulpianus [lib. IX. *de officiis proconſulis*] ita interpretatur: *In Aegypto, qui chomata rumpit vel diſſolvit [hi ſunt aggeres, qui quidem ſolent aquam Niloticam continere] aeque plectitur extra ordinem: & pro conditione ſua, & pro admiſſi menſura quidem opere publico aut metallo plectuntur: & metallo quidem ſecundum ſuam dignitatem. Si quis arborem ſycomorum exciderit: nam & haec res vindicatur extra ordinem non levi poena, idcirco quod hae arbores colligunt aggeres Niloticos, per quos incrementa Nili diſpenſantur & coërcentur, & diminutiones aeque coërcentur. Chomata* [leg. *commata*] *etiam & diacopi, qui in aggeribus fiunt, plecti efficiunt eos, qui admiſerint.* Habemus etiam Theodoſii iunioris conſtitutionem *de Nili aggeribus non rumpendis* [lib. IX. tit. XXXI.] contra eos, qui ante tempus legibus conſtitutum commata & diacopos faciebant. Verba conſtitutionis haec ſunt: *Si quis poſthac per Aegyptum intra duodecimum cubitum fluminis Nili ulla fluenta de propriis ac vetuſtis uſibus praeter fas praeterque morem antiquitatis uſurpaverit; flammis eo loco conſumatur, in quo vetuſtatis reverentiam & propemodum ipſius imperii adpetierit ſecuritatem, conſciis ac conſortibus eius Oaſenae deportationi conſtringendis; ita ut nunquam ſupplicandi iis vel recipiendi civitatem vel dignitatem vel ſubſtantiam licentia tribuatur.*

Iam charta Borgiana ſecundum verba, quae in titulis catalogorum leguntur, ſeriem hominum, qui in eiuſmodi aggeribus & foſſis operati ſunt, exhibet: quonam autem modo, utrum ſponte an mercede aut lege quadam obſtricti haecce

Digitized by Google

haecce opera perfecerint, incertum eſt ac obſcurum, nihilque, quod huic rei lumen adferret, ex antiquitate relictum eſt. Opinabar equidem ex col.I. lin.4. ubi vox peregrina αυτοκαταυδ. legitur [vid. adnot. crit. ad h. l.] collata cum col. VII. lin.1. [vid. adnot. crit.] in hiſce catalogis contineri nomina operariorum, qui, magna urgente neceſſitate periculiſque inundationis inſtantibus, molibus reficiendis foſſiſque repurgandis ſponte ſe obtulerant : at hanc conie&turam nullam eſſe, ac de ipſa etiam loci [col.I. lin.4.] quo inprimis haec opinio fundata erat, lectione dubitari poſſe video, quare & verſio obſcuri huius loci delenda eſt.

Operarii, qui in hac charta enumerantur, Ptolemaidis Arſinoiticae incolae fuiſſe videntur [vid. not. ad col.I. lin.3.]: huius oppiduli ſeu ſtationis ſitus ſecundum D'Anvilium [*Memoires ſur l'Egypte ancienne & moderne* p.166.] hodiernae *Lahon* aut *Illahon* poſitioni exacte reſpondet. Inter eos, quorum nomina ſervata ſunt, homines variae conditionis offendimus, ut fullones, figulos, tegetarios, olerum venditores, agaſones, alioſque; ſervorum etiam magnus eſt numerus.

In charta Borgiana plures operariorum catalogi habentur : in ea parte, quae integre ſervata eſt, ſunt ſex : in fragmentis plures etiam numerantur.

In primo catalogo operarii aggerum recenſentur, in ceteris operarii foſſarum : ſintne autem haec opera de ſolis regionis Ptolemaidis Arſinoiticae, an de aliis quoque aliarum regionum aut urbium aggeribus & foſſis intelligenda, ex catalogorum titulis conſtitui nequit.

Teplinis in titulo primi catalogi, quemadmodum & *Phogemis* in ſequentibus, nomina eorum eſſe potuerunt, qui aggeribus Nili fluminis muniendis foſſiſque purgandis praefecti erant : eiuſmodi magiſtratus tempore Theodoſii iunioris λογογραφοι των χωματων appellabantur, eorumque meminit codex Theodoſ. [lib. XI. tit. XXIV. *de patrociniis vicorum* pag. 188.]: hoc munus, ut videtur, ſub primis imperatoribus militare fuit, & quidem a militibus, quos praefectus Aegypti ad hoc ipſum conſtituerat, adminiſtratum. Cogitandum igitur eſſet, *Tepli-*

Digitized by Google

Teplinin in regione Ptolemaidis Arſenoiticae aggerum operibus praefuiſſe, foſſarum autem *Phogemin*, ita ut cura horum operum inter plures diviſa fuerit: ipſa vero logographorum nomina in titulis notata eſſe, ut aggeres & foſſae, de quibus hic agitur, ab aliis facilius diſtinguerentur.

Potius vero crediderim, *Teplinin* & *Phogemin* poſſeſſores regionis fuiſſe, in qua haec opera facta ſunt: eoſque, legibus obſtrictos, ſeriem operariorum, quorum miniſterio uſi erant, ſecuritatis publicae cauſa ne eiuſmodi opera negligerentur, magiſtratui, cui cura harum rerum mandata erat, exhibuiſſe.

Diligenter quidem ſtudui lucem aliquam invenire, qua obſcuri ac perdifficilis huius monumenti conſilium & argumentum illuſtrari potuiſſent; at opera mea inutilis fuit, nihilque ſtatuère auſim. Nihilominus tamen ex quacunque parte chartam noſtram conſideraverim, mihi hoc ſemper magis magiſque perſuaſum fuit, quod publicum uſum habuerit, atque ad acta civitatis cuiuſdam publica [ipſius forſan Ptolemaidis Arſinoiticae, praeſertim quum operarii huius ſtationis incolae fuiſſe videantur] olim pertinuerit: unde quis facile ſuſpicabitur, chartam hanc cum ceteris, quae in capſula ex ligno ſycomori poſitae reperiebantur, huius aut alius cuiuſcumque urbis tabularii publici partem conſtituiſſe. Si quis vero arbitretur, chartam Borgianam privato tantum uſui deſtinatam fuiſſe, in qua nempe diurna mercenariorum opera notabantur; ex eiuſmodi opinione maximas difficultates oriri ſentiet, quae vix ulla probabili ratione tolli poſſe videntur. In Aegypto etiam, in qua ob continuas vaſtationes nulla fere monumenta ſcripta conſervata ſunt, exceptis paucioribus codicibus ſacris, quos zelus piorum hominum vix ac vix quidem ab interitu vindicaverit, privatorum hominum chartae vix ſervari potuiſſe videntur; modus autem conſervationis, ſi de chartis publicis agatur, facilius perſpicietur. At his rebus immorari nolo, in quibus vanis coniecturis nihil efficitur.

Initio primi catalogi, quemadmodum & ſequentium, tempus, quo opus incepit, quoque finitum fuit, diligenter nota-

Digitized by Google

notatum eſt : dies autem , quam operarii primi catalogi in operibus aggerum tranſigerunt , diei quintae februarii anni fixi reſpondet , ita ut opera haec tempore inchoata ſint , quo agrorum cultura frugumque ſeminatio iam finitae erant.

Notum eſt, Nili incrementa ſolſtitio aeſtivo [die XXI iunii] ſole in ſignum cancri ingrediente , vulgo incipere , eademque uſque ad aequinoctium autumnale [diem XXIII. ſeptembris] ſole per ſignum librae tranſeunte , continuare : quo tempore flumen intra ripas ſenſim retrocedens campos fertiles ac pinguefactos ſuis poſſeſſoribus relinquit. Hac in re unanimis ſemper fuit ſcriptorum conſenſus : Herodotus [lib. II. pag. 97.] tempora inundationis ac receſſus Nili ita conſtituit : *Κατερχεται μεν ο Νειλος πληθυων , απο τροπεων των θερινων αρξαμενος , επι εκατον ημερας · πελασας δε εις τον αριθμον τουτεων των ημερεων οπισω απερχεται*. Plinius Herodoti locum ob oculos habuit , dum [*H. N.* lib. V. cap. X.] ita ſcribit : *Incipit creſcere* [Nilus ſc.] *luna nova , quaecunque poſt ſolſtitium eſt : ſenſim modiceque , cancrum ſole tranſeunte : abundantiſſime autem , leonem : & reſidit in virgine iiſdem , quibus accrevit , modis : in totum autem revocatur intra ripas in libra , ut tradit Herodotus , centeſima die*. At ſecundum Herodoti verba Nilus uſque ad centeſimam diem creſcit , elapſis vero centum diebus primum reſidere ſenſimque intra ripas retrogredi incipit , ut Salmaſius quoque in exercitationibus Plinianis [pag. 427.] obſervat. Plinius ergo Herodoti mentem non percepit , quam Ammianus Marcellinus [lib. XXII. cap. XV. pag. 333.] melius ita reddidit : *Quum ſol per cancri ſidus coeperit vehi , augeſcens aduſque tranſitum eius in libram : diebuſque centum ſublatius fluens , minuitur poſtea*. Cum hiſce fere conſentiunt , quae in hodiernis itinerariis [*Niebuhr* vol. I. pag. 125. & 127. , *Pococke* vol. I. pag. 200.] de eadem re obſervantur.

Aegyptii igitur , ut plurimum , menſe novembri [niſi ubi tardiori fluminis receſſu , quod tamen raro contingit , impediantur] fruges ſerere incipiunt : ſeminatione finita , aggeres a damnis , quae vis fluminis inundantis intulerit , reſarciuntur , foſſaeque ſive canales ab omni immunditie ,

quae profluvium aquarum impedire poterit, repurgantur, ita ut pars horum operum praecipua ante meſſem peragatur. Menſe maio fruges demetuntur: quibus demeſſis, Aegyptii denuo de aggeribus contra Nili inundationem muniendis cogitant, quaeque ante meſſem nondum abſoluta erant, perficiuntur.

Charta Borgiana, ut videtur, opera aggerum & foſſarum complectitur, quae & ante meſſem & poſt meſſem facta ſunt: ſi modo in fragmentis XVI. & XVII. vere ſcriptum fuerit επιφι [qui menſis Aegyptius die XXV. iunii anni fixi init] ut in notis ad haec loca ſuſpicabar. Hinc & ratio, cur in fragmentis minor ſit, quam in ipſa charta, operariorum numerus, facile perſpicitur; operibus enim difficilioribus ante meſſem finitis, leviora, quae poſt meſſem reſtabant, minorem etiam operariorum numerum exigebant.

In operariorum ſerie ſervorum nominibus patroni nomen vulgo adiectum eſt; ceteris autem patrum & matrum nomina, arte etiam aut vitae genere, quod unuſquiſque ſectabatur, interdum notatis. Nonnulli ſolo matris nomine diſtinguuntur, voce απατωρ in quibuſdam locis inter nomen filii & matris inſerta, in aliis omiſſa.

Cognitus eſt Lyciorum mos, quo nunquam a patre, ſed a matre ſola denominabantur; ita ut, ſi quis inter eos interrogaretur, quis eſſet, ſe ab hac vel illa genitum eſſe diceret, nulla unquam patris mentione facta, ſolamque matris ſtirpem memoraret. Talia ſunt, quae Herodotus [lib. I. pag. 173.] de hoc Lyciorum more prodidit: ειρομενου δε ετερου τον πλησιον, τις ειη, καταλεξει εωυτον μητροθεν, και της μητρος αναμνεεται τας μητερας. Primam huius moris originem, quam antiqui in fabula Bellerophontis quaerebant, Plutarchus [*de virtutibus mulierum* opp. tom. II. pag. 247.] prolixe exponit. Eiuſmodi etiam moris veſtigia cl. Abbas Lanzius, peritiſſimus rerum Etruſcarum iudex, apud Etruſcos deprehendit, dum in ipſorum ſepulcralibus monumentis nomini defuncti matris nomen adiungitur, ut in inſigni eruditiſſimi Lanzii opere [*Saggio di lingua Etruſca, e di altre antiche d' Italia*] quod ſummo eruditorum deſiderio brevi in lucem prodibit, videbitur.

Anti-

Digitized by Google

Antiquus vero Lyciorum aut Etruſcorum mos cum noſtro monumento nihil commune habet ; in quo ex proprio quodam, ut videtur, Graeco-Aegyptiorum uſu, qui inter plebeios homines inprimis invaluiſſe videtur, operariorum nominibus matris nomen adſcribitur. Hunc plebeium Graeco-Aegyptiorum uſum exemplum, quod inter apophthegmata patrum [*in Cotelerii monumm. eccleſ. Gr.* tom. I. pag. 427.] deprehenditur, egregie illuſtrat, ipſa loci verba adſcribam : Διηγησατο ο αγιος Επιφανιος, ο επισκοπος Κυπρου, οτι ην τις ηνιοχος κατα την Αλεξανδρειαν, ος ην μητρος Μαριας υιος· ουτος, ιππικου επιτελουμενου, κατεπεσεν, ειτα αναστας παρηλθε τον εκβεβληκοτα και ενικησε. Και το πληθος ανεβοησεν· ο υιος Μαριας πεπτωκε και εγηγερται και ενικησε. Auriga Alexandrinus non a patre, ſed a matre *Mariae filius* nominatur : quod, ut mihi videtur, conſuetudini Graeco-Aegyptiae, quam in charta Borgiana animadvertimus, lucem adfundit.

De voce απατωρ, quae ſatis frequenter ante matris nomen inſeritur, nihil certi affirmare poſſum. Vix tamen induci poſſum, ut credam, omnes, qui hoc epitheto ſignantur, ſpurios fuiſſe ſive extra legitimum matrimonium natos; cogitandum enim eſſet, eiuſmodi epitheton, nominibus in charta quadam publica adſcriptum, ei, cui tribuebatur, ne minimo quidem dedecori fuiſſe ; quod ſummam utique morum licentiam argueret, quodque explicare neſcio. Potius igitur crediderim voce απατωρ ſolummodo indicari, quod nomen patris incognitum eſſet vel ignoraretur : quod in hac plebe ſaepius forſan accidere potuit, praeſertim quum uſu invaluiſſet, neglectis patrum nominibus, a matribus denominari : mirum tamen eſt, quod in eiuſmodi caſu vocem adeo ambiguam adhibuerint. Nihil equidem perſpicui hac in re video, quam lubens adeo aliorum ſagacitati relinquo.

In fine primorum catalogorum iteratum operariorum numerum ſequitur ſubſcriptio cuiuſdam, forſan operariorum praefecti, ut in adnotatione critica pag. 68. augurabar : dolendum ſane eſt, haec loca adeo male conſervata eſſe, & obſcuro modo ſcripta, ut ipſorum lectio certo conſtitui nequeat.

Digitized by Google

In fragmentis, ut ex textu, quem vulgavimus, perſpicitur, iidem operariorum catalogi continuantur. Haec fragmenta, ſi melius conſervata fuiſſent, ipſi monumento ſine dubio multum luminis adtuliſſent; at in tot particulas divulſa ſunt & dilacerata, ipſaeque particulae lectu adeo difficiles, ut ſpe, quam de iis initio conceperam, aliquo modo fruſtratum me videam. Interea fragmentum XXI. in cuius lin. penult. Σιουλας απατωϛ perſpicue legitur, ad ſtabiliendam lectionem v. απατωϛ mihi utiliſſimum fuit. Vid. adnot. crit. pag. 45.

Quanam tandem ſorte aut fortunae viciſſitudine hoc monumentum ad locum, ubi repertum fuit, pervenerit, diu ſine dubio obſcurum atque incertum manebit.

CAPUT III.

De aetate chartae Borgianae.

AEtatem huius monumenti probatu perdifficile eſt; finem enim chartae, ubi aetas forſan notata erat, perdidimus. Deinde quoque exigua admodum criteria ipſi monumento inſunt, ex quibus certam aetatem definire licet; nam, quum monumentum in ſuo genere unicum ſit, nihilque ſibi ſimile habeat, neque ex confectura chartae nec eiuſdem ſcriptura argumenta peti poſſunt; mutua enim ſimilium monumenrorum comparatio, quae ad aetatem ex eiuſmodi argumentis ſtabiliendam omnino neceſſaria eſt, inſtitui nequit. Ex eo etiam, quod charta Borgiana Graece & quidem in dialecto Graeco-Aegyptia ſcripta ſit, nihil certi, quod aetatem monumenti attinet, deduci poteſt; dialectus enim Graeco-Aegyptia, ut ex multis iiſque claris indiciis conſtat, a Ptolemaeorum uſque aetate ad tempora etiam charta Borgiana multo ſeriora duravit, in nomis praeſertim, ubi magna Graecorum frequentia erat, ut nomo Arſinoitico, quem patriam novi huius monumenti fuiſſe credimus. Fata etiam ac mutationes, quas dialectus Graeco-Aegyptia ſubierit, quum in libris nunquam adhibita ſit, ignoramus: nec de eadem minimam quidem cognitionem haberemus, ni in ſcriptoribus ſacris rara eiuſdem ſuperfuiſſent veſti-

veſtigia, nam & ſcriptores eccleſiaſtici, in Aegypto nati, dialecto vulgari ſive Conſtantinopolitana utebantur. Ex inſtituto denique & conſilio monumenti, quum adhuc obſcura ſint, nihil colligitur. Is igitur, cui aetatem conſtituere iniunctum eſt, prima harum difficultatum cogitatione in ſummas etiam anguſtias ſe redigi ſentit, praeſertim in monumento, quod ſola fere nomina propria continet: at penitiori quodam chartae noſtrae ſtudio hae difficultates aliquantum evaneſcunt, atque indicia, quae certam monumenti aetatem arguunt, facile indagantur. Hinc diligentiori ipſius monumenti ſtudio chartam Borgianam ad ſecundum a Chriſto nato ſaeculum, vel ſi tardius conſtituatur, ad tertium pertinere, mihi perſuaſum eſt: huius opinionis rationes in ſequentibus ſuccincte exponam.

α) Inter operariorum nomina, quae charta noſtra exhibet, occurrunt nomina Romana, quae adeo aetatem monſtrant, qua Romani iam cum Aegyptiis uniti erant: inter haec nomina deprehendimus *Aurelius*, *Maximus*, nomina tempore a me nuper conſtituto inter Romanos multum frequentia: tempore autem, quod aetatem chartae Borgianae proxime ſequitur, forma horum nominum in *Aurelianus*, *Maximinus* aut *Maximianus* mutatur, ita ut forma antiqua *Aurelius* & *Maximus* in fine ſaeculi tertii fere evanuerit rariſſimeque inveniatur. Gruterum, Fabrettium aut Muratorium evolvendo unuſquiſque hac de re facile perſuadebitur.

β) Mirum eſt in tanto nominum numero nulla nomina, quae ab Aegyptiis chriſtianis vulgo adoptari ſolebant, occurrere, v. c. Θεοδουλος, Θεοκτιστος, Θεοτεκνος, Θεοφιλος, Θεοφυλακτος, & alia ſimilia: quod iuſtam ſuſpicionem ſuboriri facit, chartam hanc chriſtianiſmum, ſaltem in nomo Arſinoitico, praecedere:

Notum eſt, Alexandriae a primis uſque ſaeculis magnos exſtitiſſe chriſtianorum caetus, eiſque epiſcopos, quorum mutua ſucceſſio ab Euſebio in *H. E.* magna adcuratione notatur, praefuiſſe; quominus autem praecepta Chriſti extra Alexandriam divulgarentur, turbas Aegypti inteſtinas conti-

 nuaſque

nuaſque gentilium perſecutiones diu impediviſſe. Hinc primum circa finem ſaeculi tertii epiſcopos in aliis quoque extra Alexandriam Aegypti regionibus exſtitiſſe invenimus; unde eccleſias ibidem paulo antea fundatas fuiſſe colligitur. In iis, quae Dionyſius, Alexandriae epiſcopus, de perſecutione ſub Decio commemorat [ap. Euſebium *H. E.* lib. VI. cap. XLII.] epiſcopi *Nilopoleos* mentio fit, ait enim: Τι δει λεγειν το πληθος των εν ερημιαις και ορεσι πλανηθεντων —— Χαιρημων ην υπεργηρως της Νειλου καλουμενης επισκοπος πολεως· ουτος εις το Αραβιον ορος αμα τη συμβιω εαυτου φυγων ουκ επανεληλυθεν, ουδε ηδυνηθησαν ιδειν ουκετι, καιτοι πολλα διερευνησαμενοι οι αδελφοι. *Nilopolis* in nomo Heracleotico haud procul a ſtatione Ptolemaide ſeptentrionem verſus ſita erat [vid. D' Anvilii *Mem. ſur l' Egypte* pag. 165.]. Inter multas alias Dionyſii ad varios Aegypti epiſcopos epiſtolas, quas Euſebius adfert, una eſt [ibid. cap. XLVI.] ad *Cononem*, Hermopolitanae parochiae epiſcopum, ſcripta: quaenam iſta *Hermopolis* ſit, *parva* an *magna*, facile intelligitur, *parvam* enim, quae Alexandriae vicina erat, epiſcopi Alexandrini moderamini ſubiectam fuiſſe veroſimillimum eſt. Ad noſtram rem autem inprimis facit epiſtola Dionyſii [ibid. cap. XXIV.] ad alium Aegypti epiſcopum *Nepotem*, in qua occaſione huius epiſcopi haereſeos ipſe Dionyſius haec de ſe memorat: Εν μεν ουν τῳ Αρσινοειτῃ γενομενος, ενθα προ πολλου τουτο επεπολαζε το δογμα [*nova ſc. de regno millenario Nepotis opinio*] ως και σχισματα και αποστασιας ολων εκκλησιων γεγονεναι· συγκαλεσας τους πρεσβυτερους και διδασκαλους των εν ταις κωμαις αδελφων, παροντων και βουλομενων των αδελφων, δημοσιᾳ την εξετασιν ποιησασθαι του λογου προετρεψαμην· και τουτο μοι προσαγαγοντων το βιβλιον, ως τι οπλον και τειχος ακαταμαχητον, συγκαθεσθεις αυτοις τρειων εξης ημερων εξ εω μεχρις εσπερας, διευθυνειν επειραθην τα γεγραμμενα. In nomo igitur Arſinoitico, ubi falſa Nepotis opinio mentibus chriſtianorum ſeſe inſinuaverat, quamque Dionyſius eradicare conatus eſt, Chriſti religionem Gallieno imperante, ſub quo haec acciderunt, iam diu divulgatam fuiſſe clare ex memorato Euſebii loco perſpicitur: unde quoque, quum nulla chriſtianiſmi indicia chartae Borgianae inſint,

quod

Digitized by Google

quod medio ſaltem ſaeculi tertii anterior ſit, certo conſtitui poſſe videtur.

Huic autem aſſerto opponi poteſt epitheton διακων [forma Graeco-Aegyptia, quae & in mſs. liturgico-Copticis epiſcopi Tukii defuncti, a cl. Zoëga hoc tempore in ordinem redactis, & in bibliotheca *Collegii de propaganda Fide* adſervatis, ubique deprehenditur] quod nonnullis operariorum nominibus adiectum eſt: at primum quidem ſignificatus v. διακων late extendi poteſt, ut quodlibet miniſterium aut famulitium exprimat, ut in adnot. critica pag. 71. animadverti: deinde etiam in exiguo ſtationis Ptolemaidis circuitu, ubi operarii, qui in charta Borgiana recenſentur, habitaſſe videntur, ſi vel maxime diaconos chriſtianorum tunc temporis ad eiuſmodi ſervilia opera interdum coactos fuiſſe concedatur, tantus diaconorum numerus nullo modo probabilis eſſe videtur: denique in monumento, ubi ſacerdotis cuiuſdam Iſidis [ſi vera ſit mea de ſubſcriptionibus, quas col. IX. & XII. cernimus, ſuſpicio] aliorumque ſacerdotum Aegyptiorum mentio fit [ut col. II. lin. 8. 13.] de diaconis chriſtianis vix cogitari poteſt, ita ut eiuſmodi obiectionem contra aſſertum meum exigui valoris eſſe atque momenti arbitrer.

γ) Illud autem, quod maxime aetatem chartae Borgianae probat & tempora etiam ſaeculo tertio remotiora arguit; eſt forma antiqua & genuina, qua nomina Aegyptia a Graecis & Graeco-Aegyptiis flecti ſolent, quaeque in charta Borgiana ubique ſervata eſt: ſecundum hunc antiquum formandi modum ex Θερμουθ vel Θερμουθι [forma Aegyptia] Graeco-Aegyptii addendo lit. σ Θερμουθις formant, ex Ορσανουφ vel Ορσανουφι, Ορσανουφις. ex Πακωμ vel Πακωμι, Πακωμις. ex Αμασι & Πανσι, Αμασις & Πανσις. In ſcriptoribus vero ſaeculi IV. V. VI. adeoque aetate chartae noſtrae ſerioribus nomina Aegyptia, quae nuper laudavimus, ita ſemper formantur: Θερμουθιος vel Πατερμουθος, Βαρσανουφιος, Πακωμιος, Πανσιος, Αμασιος. Eo conſilio, quatenus nempe ad probandam monumenti aetatem faciunt, frequentia huius ſerioris ac Graeco-barbarae formationis exempla adnotationi criticae inſeruimus.

CA-

Digitized by Google

CAPUT IV.

De utilitate ac praeſtantia chartae Borgianae.

QUando hic quaeritur, quodnam incrementum ex novo hoc monumento literis acceſſerit, aut quid novi ac utilis exinde diſcatur; tum nullo aptiori modo ad quaeſtionem propoſitam a me reſpondi poſſe puto, quam ſi ea, quae illuſtrationis cauſa de hoc monumento dicta ſunt, hic ſummatim ac breviter repetam.

α) Habemus hic unicam ſine dubio chartam papyraceam, quae in Aegypto fabricata eſt; ceteras enim maximam partem Ravennates eſse, mihi cum nonnullis ſcriptoribus diplomaticis perſuaſum eſt. Has tamen, ut quidam putarunt, non ex planta quadam indigena, quae papyro Aegyptio ſimilis erat, factas eſse credo; ipſam vero papyrum Aegyptiam Ravennam tranſportatam eſse, atque exinde in officinis Ravennatibus chartas confectas eſse longe probabilius eſt; unde quoque ratio diſcriminis, quod inter chartam Borgianam & Vaticanas intercedere ſupra animadvertimus, inprimis deducenda eſse videtur. Veram igitur ac genuinam chartarum Aegyptiarum fabricationis rationem, quam ante hoc monumentum ex ſolo Plinio cognoſcere licuit, ex charta Borgiana addiſcimus.

β) Ex titulis catalogorum & ſubſcriptionibus adiunctis aliiſque praeterea indiciis hocce monumentum uſum aliquem publicum habuiſse apparet, in quo nempe operarii aggerum & foſsarum cuiuſdam Aegypti urbis aut regionis recenſentur; at, quo conſilio, neſcimus; ſi enim de conſilio huius chartae certo nobis conſtaret, novam ſine dubio de inſtituto quodam Aegyptiorum publico ac civili, quod hucuſque latuerit, cognitionem haberemus. Quum tamen in titulo primi catalogi operarii ex ſtatione Ptolemaide fuiſse dicantur, facile divinatu erit, hanc chartam ad acta publica huius ſtationis aut alius cuiuſcumque nomi Arſinoitici urbis referendam eſse: qua igitur opinione hoc monumentum tabularii vel archii cuiuſ-

cuiuſdam Graeco-Aegyptii reliquias eſse exiſtimandum eſſet. Quae, quum magnam etiam veritatis ſpeciem habeant, chartam Borgianam in omni re diplomatica unicam eſſe arguunt; quemadmodum ratione aetatis, quam praecedenti capite conſtituimus, omnium eius generis monumentorum prima eſt. Scientiae igitur diplomaticae novum atque inſigne incrementum novo hoc monumento acceſſit.

γ) Colligitur ex praecedentibus novam ſcripturam, quam in charta noſtra cernimus, eam eſſe, qua Graeco-Aegyptii in actis ipſorum publicis utebantur: hanc ſcripturam primum ex hoc monumento cognoſcimus, nihil enim ſimile in tota antiquitate habemus, cuius adeo lectione ſimilium monumentorum, ſi quando reperiantur, clavis reperta eſt.

δ) Ex palaeographia chartae Borgianae multa didicimus: ex frequenti nempe in nominibus Aegyptiis vocalium commutatione, cuius iam ante in lingua Coptica quam plurima exempla adſunt, linguam Aegyptiam olim ſine vocalibus ſcriptam eſſe novis exemplis confirmatur: deinde quoque literam Aegyptiam ϥ apud Graeco-Aegyptios in uſu fuiſſe, eamque, ut in lingua Coptica frequenter obſervatur, cum Graeco φ permutari, quod, quemadmodum inſcriptionem monumenti Quiriniani illuſtravit, ſic & aliis forſan eiuſdem generis monumentis novum lumen adferet.

ε) Iam ſaeculo ſecundo vel tertio in actis publicis ſcripturam, quam appellamus curſivam [ſaltem apud Graeco-Aegyptios] in uſu fuiſſe ex hoc monumento probari poſſe videtur: cuius probandi cauſa Montfauconius in palaeographia Graeca ad ſolam ſcriptorum auctoritatem confugere coactus fuit.

ζ) Vera ac genuina hic diſcernitur forma Graeco-Aegyptia nominum Aegypriorum a formis eorumdem Graeco-barbaris, quas in patribus & ſcriptoribus eccleſiaſticis ſequiorum temporum deprehendimus: in quo haec diverſitas conſiſtat, praecedenti capite & in adnotatione critica ſaepius monſtratum eſt.

η) Novas denique flexiones dialecti Graeco-Aegyptiae invenimus, quas alibi occurrere mihi ſaltem ignotum eſt: nonnullas vero in ſcriptoribus ſacris ſupereſſe in adnotatione criti-

Digitized by Google

critica data occaſione obſervatum eſt. Inter has novas flexiones inprimis refero Ανταης, ητος. Ισαλης, ητος. [altera Ισαλης, η. aliunde nota eſt] Πεινις, ι & ιτος. Θαησως, ωτος. [altera flectendi ratio : Θαησως, ω. alibi occurrit] & alias, quas in addendis in unum congeſſi.

Haec ſunt igitur ea, quae nova ac utilia in charta Borgiana deprehendi, quaeque etiam eiuſdem praeſtantiam efficiunt : maior tamen ſine dubio novi huius monumenti fuiſſet utilitas, ſi cum ceteris, quibuſcum repertum fuit, unitum ad nos perveniſſet.

Publicatio chartae papyraceae, quam nos qualicumque noſtra opera illuſtravimus, munificentiae ampliſſimi Praeſulis *Stephani Borgiae* debetur, e cuius Muſeo Veliterno orbis literatus tot inſignia accepit dona & in poſterum accipiet : hanc vero munificentiam [ne hic *Muſeum Cuficum Borgianum*, a cl. *Adlero* illuſtratum, quod primam rei numariae Cuficae ſtudioſis viam aperuit, aliaque memorem] duo inprimis coronant opera, quorum unum *Fragmentum Evangelii S. Iohannis Graeco Copto-Thebaicum una cum aliis fragmentis Copticis Muſei Borgiani Velitris* exhibet, interprete *Auguſtino Antonio Georgio*, viro de literatura orientali & critica ſacra immortaliter merito, in quo variae linguae Copticae dialecti novo lumine illuſtrantur, quodque ad umbilicum perductum iamiam in publicum prodibit : alterum *Numos Aegyptios imperatorios in Muſeo Borgiano Velitris proſtantes* deſcribens ac illuſtrans, quod eruditi iam legunt & admirantur, cuiuſque auctor, inſigne Danorum decus, a clementiſſimo PIO VI. ſummo literarum ac artium promotore, excitatus ſtudia ea perſequitur, ad quae ob magnum mentis acumen vaſtamque eruditionem natus eſſe videtur, & de quibus eximia quaevis ſperari poſſunt. Mei igitur opuſculi, tantorum virorum operibus adſociati, defectus, quos & ipſe video & agnoſco, facile in oculos incurrent : ad mitigandam tamen iudicum ſeveritatem, ſi modo quid valeant, haec tantum monuiſſe ſufficiat, quod tardius ad monumentum hocce perdifficile acceſſerim, quodque in eo illuſtrando & aliis ſtudiis, quorum cauſa Romam adveneram, ſaepius diſtractus fuerim.

Quum

Digitized by Google

Quum iam conſtitutum erat ſcripturae chartae Borgianae partem tantum tabulis inciſam exhibere, utiliſſimum fore credidi, ſi loca maxime inſignia, & ad quae in adnotatione critica reſpicitur, deligerentur: inter haec autem praecipua ſunt catalogorum tituli, aliaque, quibus memorabile aliquid ineſt. Alphabetum chartae eiuſque compendia ſcribendi, quum eiuſdem ſcriptura nova ſit & hucuſque incognita, huic locorum delectui praemittenda eſſe duxi. Quamvis vero omnia haec locorum ſpecimina libera manu delineata ſint [nam charta oleo inuncta chartae noſtrae ſine damno admoveri non poterat] ſumma tamen, qua fieri potuit, fide atque diligentia ad ipſum archetypum expreſſa ſunt.

In deſcribendo chartae Borgianae textu hanc potiſſimum legem ſecutus ſum, ut omnia ſcripturae compendia, quorum vis perſpicua erat, plene ſcriberem, ea autem, quae vel minimam ambiguitatem haberent, e textu omitterem.

Vellem iam, ut verſionem quorumdam locorum omiſiſſem, quae adhuc obſcura ſunt, quorumque lectio nondum conſtituta eſt, ut vocis incertae ac obſcurae, quae in fine tituli [col. I. lin. 4.] legitur, ſubſcriptionum porro, quas [col. VI. IX. & XII.] offendimus: haec vero audacia iuventuti adſcribenda eſt, ſenſus enim horum locorum adhuc multum obſcurus eſt & dubius.

Adnotationi criticae, in qua ratio textus vulgati redditur, explicationem inſcriptionis Graeco-Aegyptiae & inſcriptionis Graecae, nuper Eleuſinis repertae, varietatis cauſa inſeruimus. Vir doctus, qui nominari noluit, novam interpretationis monumenti Quiriniani viam nobis monſtravit, quam nos ulterius perſecuti ſumus: in quo quidem monumento explicando contra eruditiſſimum Villoiſonum, quem ob doctrinam ac inſignia de literis Graecis merita veneramur & colimus, ſolo veritatis amore diſputatum eſt.

Adnotationem palaeographicam, ad alphabetum chartae eiuſque ſcribendi compendia illuſtranda neceſſariam, in fine adiecimus: in hiſce notis, quemadmodum & in criticis, nimia feſtinatio interdum facile animadvertitur.

Non

Non ſolum publicatio huius operis munificentiae ampliſſimi Praeſulis Stephani Borgiae debetur, ſed &, quicquid boni aut utilitatis ipſi ineſſe deprehendatur, doctiſſimo huic Praeſuli tribuendum eſt; ipſe enim me timidum exhortabatur ſaepiuſque labantem doctis ſuis conſiliis rexit atque edocuit, tantaque ſunt ſummi huius Benefactoris mei in me & de ſtudiis meis merita, ut meam laudem longe ſuperent. Muſeum, quo ampliſſimus Praeſul Velitras, inclitam patriam ſuam, ornavit, omni eo, quod in quovis monumentorum genere exquiſitum atque rarum dici poteſt, abundat, quotidieque creſcit, ita ut, praeſertim quod antiquitatem eruditam attinet, inter prima Italiae Muſea numerari poſſit: haec vero ſelecta monumentorum copia ſtudio inprimis doctrina atque peritia amplisſimi ſui poſſeſſoris conquiſita eſt, cuius ceteris inſignibus meritis hoc quoque accedit, ut, quicquid in ſuo Muſeo literis ac ſcientiis nova lumina adlaturum eſſe viderit, orbi literato rara liberalitate ac humanitate ultro obferat: aequum igitur eſt, ut unuſquiſque, qui literarum pretia cognoſcit, pro ſalute ac felicitate magni huius viri, utque diu in decus patriae atque Eccleſiae literarumque emolumenta vigeat, vota nuncupet.

Scribebam Romae pridie kal. iun. MDCCLXXXVIII.

TEXTUS

Digitized by Google

TEXTUS GRAECUS CHARTAE PAPYRACEAE

UNA CUM

LATINA EIUSDEM VERSIONE.

Digitized by Google

TEXTUS GRAECUS
CHARTAE PAPYRACEAE

Columna I.

Κατανδρα των απεργασαμενων
εις τα χωματικα εργα Τεπλινεως
απο μεχιρ ι' εως ια' Πτολεμαϊδος ορμου
ανδρων ρπα' αυτοκατανδ . . .

Σαραπιων Στοτοηλεως του Χαιρημονος, μητρος Θαναπναχεως.
Πρωτας αδελφος, μητρος της αυτης.
Σαραπιων αλλος αδελφος, μητρος της αυτης.
Παυσιτης Ηρακλεου, μητρος Ειρηνης.
Κοραξ, δουλος . . . . μητρος . . . .
Πρωτας, απατωρ, μητρος Ηρακλειας.
Σαραπιων, δουλος Ευδαιμονος.
Παν. υτις Κρονιωνος, δουλος Ζωϊλου . . .
Κρονιων Χαιρημονος, μητρος Θαναπναχεως.
Κρονιων. φν. ου, μητρος Θαησεως.
Αννης . . . εως, μητρος Τα. . χα. ιου.
. . . . Πτολεμαϊδ . . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . . σαϊτ.
. . . . . Ορ . . . .
. ης Ηρακλεου . . . ν . . ιτ.
Αννης . . . . . . φορσαϊτ.

. . . αιου,

Digitized by Google

LATINA VERSIO
CHARTAE PAPYRACEAE

Columna I.

Magna etiam auctoritas ex hoc monumento conciliatur emendationi cl. Zoëgae, qua in Hippocratis epid. 2. 2. pro Σεραπις nomen mulieris Σεραπιας legendum eſſe autumat in addendis ad Num. Aegyptt. impp. pag. 399. Notandum eſt, in charta noſtra ubique exhiberi Σαραπιων, quemadmodum & in Plutarcho, aliiſque auctoribus Graecis Σαραπις, etiam in inſcriptt. (ut in notiſs. illa inſcript. Vatic. Σαραπιδι και τοις συνναοις θεοις Στατιος Κοδρατος, ο κρατιστος νεωκορος, εκ μεγαλων κινδυνων πολλακις σωθεις, ευχαριστων ανεθηκα). In aliis Σεραπις, Σεραπιων & Σεραπιας. in nominibus autem Aegyptiae originis vocales, praeſertim α & ε, ut ſaepius etiam in charta noſtra animadvertimus, arbitrario modo a Graecis efferuntur (nam antiqua lingua Aegyptia, ut ex claris indiciis patet, ſine vocalibus ſcribebatur) quare utra ſcribendi ratio verior ſit, dictu difficile eſt.

Ibid. lin. 33. Νιλος Πελαϋθ Σαραπιωνος. αιονιδ.. Nom. Πελαϋθ haud dubie eſt nomen patris, nam lit. θ in fine ſupra lin. poſita ſec. caſ. Πελαϋθος indicare videtur: ſimili modo ſcriptum eſt nom. mulieris Κολλαϋθ col. XI. lin. 18., ubi etiam Κολλαϋθος legendum eſſe videtur; has autem terminationes, quum non plane certus ſim, in textum recipere nolui; Sarapion eſt adeo avus Nili. Nomen, quod in fine additur, legi nequit, pleriſque literis fere deletis; apparent tamen veſtigia n. Μαιονιδ.

forſan

Digitized by Google

forſan Μαιονιδου (nam lit. δ in fine ſupra lin. poſita indicat terminat. δος & δου , ut in ſiglis monſtravimus) quod adeo nom. gentile eſſet , a Μαιονιδης .

Col. IV. lin. 1. Ηρακλης Ορσανουφεως . Lectio huius lineae quemadmodum & ſeqq. clariſſima eſt . Nomen patris Ορσανουφις frequenter in hac charta occurrit , deprehenditur quoque in Evagrii hiſtor. Eccleſ. lib.IV. c. 33. n. Βαρσανουφιος , literis βα (quod & in aliis nominibus accidit) vim lit. ο habentibus , quibus haud dubie pronunciatio Aegyptia exprimitur .

Ibid. lin. 2. Πασις Πασιτος , μητρος Τανεϋτ . In nom. matris lit. τ in fine ſupra lin. poſita flex. Τανεϋτος indicat ; ſic & Ταεϋτος col. X. lin. 10. plene ſcribitur . ſuſpicor n. Ταεϋς aut Ταεϋτ idem eſſe ac Τανεϋτ , factum ſecundum formationem n. Θαναπναχις ; in quo ob concurſum duarum vocalium lit. ν inſertam eſſe ſupra animadvertimus , hic enim art. ϯ ut τα effertur .

Ibid. lin. 3. Ηρακλης Αμβησεως . Clara & optime conſervata eſt haec linea , in qua nom. patris eſt Αμβησις , quod ſolo hoc loco exhibetur .

Ibid. lin. 4. Σαραπιων Χορτοφαγου . Nomen patris , quod lin. ſeq. & lin. 10. exhibetur , ubique clare legitur .

Ibid. lin. 6. Πακηκκις Κερνωνος . De primo nomine non dubitandum eſt , nam clare ſcriptum eſt ; clarius tamen col. XII. lin. 21. exhibetur , in quo etiam artic. Aegypt. facile agnoſcitur .

Ibid. lin. 7. Πωλις Πεννι . Primum nom. in charta noſtra aliquoties occurrit , ut col. VI. lin. 19. ex quo factum eſt Πωλιων , (quod frequens eſt) eodem modo , quo ex Σαραπις Σαραπιων , ex Κερνις Κερνιων . ſupra nom. patris lit. τ in fine , quae ſec. caſ. Πεννιτος indicaret , negligentia ſcribae omiſſa eſſe videtur ; nam ſcribitur Πενις & Πεννις , quorum prius col. XII. lin. 1. exhibetur , poſterius col. XIII. lin. 14.

Ibid. lin. 9. Νεανιων , απατωρ , Ορσιτος . Nomen matris plene ſcribitur , atque Ορσις , Ορσιτος flectitur , videtur autem eiuſdem originis eſſe ac n. Ορσευς , quod aliquoties exhibetur . n. Ορσις nullibi alias , ſi recte memini , in charta occurrit .

Ibid. lin. 11. Σαραπιων Ηρωδου , ραβδιστ . . Satis clara eſt lectio huius lineae , nullumque admittit dubium ; magnam vero

vero difficultatem faciunt literae vocis, quae in fine additur, & ſine dubio nomen conditionis eſt, cuius quoque ſpecimen exhibuimus: occurrunt eaedem literae mox lin. ſequenti & fragm. VIII. in quo autem ſolae litt. βδιστ. cum dimid. lit. η in fine, clare cernuntur, praecedentium ϱα obſcuris reſtantibus veſtigiis. Ex fragm. patet legendum eſſe ϱαβδιστης, quae vox autem nullam auctoritatem habet, nulliſque, quod ſciam, exemplis probari poteſt, de qua adeo nihil affirmare poſſum; ſuſpicor autem eam pro ϱαβδιστης (a ϱαβδιζω, *virgis caedo*) ſcriptam eſſe, atque de eo, cui a magiſtratu ſuppliciorum executio mandata fuit, hic uſurpari, ita ut ϱαβδιστης apud Graeco-Aegyptios idem fuerit ac Romanorum carnifex. Quum haec ſuſpicio ſola vocis etymologia fundata ſit, nihilque certi definire queam, vocem e verſione omiſi.

Ibid. lin. 13. Πεϱωτας Πωλεως, λεϱδις. Nomen patris eſt Πωλις, quod lin. 7. habuimus. iteratur v. λεϱδις, quam ſupra vidimus col. III. lin. 10. hic autem clarior eſt, quemadmodum & col. VII. lin. ult. de qua infra agitur.

Ibid. lin. 14. Πανβαυς Μαλανα. In primo nomine paulo obſcuriores ſunt mediae litt. βα, inclareſcunt autem, collatis ceteris locis (ut col. III. lin. 11.) in quibus idem nomen occurrit. In fine ſatis clare legitur Μαλανα, ſuſpicabar quidem legendum eſſe Μαλανος, quemadmodum col. VI. lin. 4. a n. Μαλας quod claris literis exhibet col. VIII. lin. 21. iam autem video n. Μαλανα more Graeco-Aegyptio, quem iam ſaepius animadvertimus, flecti a Μαλανας (cum circumfl. in ult.).

Ibid. lin. 15. Πεϱωτας Τουϱβωνος, διακ.. Nomen patris plene ſcriptum eſt, excidit tantum pars lit. τ, quae tamen ex reliquiis facile agnoſcitur. Notantur in fine eaedem litt. διακ. quas iam col. III. lin. 14. obſervavimus; & hic primas litt. v. διακων, quam col. VII. plene ſcriptam deprehendimus, notatas eſſe arbitror, nulla autem hiſce literis addita eſt nota compend.

Ibid. lin. 17. Κεϱνιων Πεϱωτα, Σαϱαπ... Poſtremae literae Σαϱαπ initium nominis matris conſtituunt; patet autem ex iis, quae ad col. III. lin. 31. monuimus, legendum eſſe Σαϱαπουτος a Σαϱαπους.

Ibid.

Digitized by Google

Ibid. lin. 20. Πατερμουθ Σισουχου. Nomen patris Σισουχος. quod clare legitur, ſola haec lin. exhibet.

Ibid. lin. 22. Τουτουης, απατωρ, μητρος Νεμεσουτ. Primum nom. etiam col.V. lin.20. VII. lin. ult. clare ſcriptum occurrit: notandum eſt, multa nomina Aegyptia in hac charta ſyllaba του incipere, ut Τουφις, Τουαης, Τουους & alia. Nom. matris eſt Νεμεσους, ουτος.

Ibid. lin. 23. Ισιδωρος Σαραπιων. Suſpicaretur quis falſum eſſe textum & ſcribendum Σαραπιωνος, ita ut Σαραπιων ſit nomen patris; linea autem clare ſcripta eſt, nec de lectione dubitari poteſt; haud raro etiam in hac charta iunguntur duo nomina unius eiuſdemque hominis, ut Ηρων Ερμη col.VII. lin.7. Ηρακλης Πατκομις col.VII. lin.29., Ηρακλης Ισχευς col.VIII. lin.15. Καλλης Ανισωλις col. VIII. lin.28.

Ibid. lin. 24. Πλουσαμμων Αρπακερ. Primum nomen obvium eſt, exſtiterunt enim varii in Aegypto eiuſdem nominis epiſcopi; nomen per ſe eſt Λουσαμμων, cui praefigitur art. π. Nomen patris eſt Αρπακερας, quod & col. III. lin. 9 exhibetur, unde Αρπακερ, quemadmodum Περτας, Περτα, ut ſaepius iam notatum eſt: In n. Αρπακερας ſunt duo praefixa, art. π & partic. ερ, quemadmodum & in n. Αρπανσις.

Ibid. lin. 26. Παυητης Αννητος. Nomen patris eſt Αννης, quod in Aegypto ſatis obvium eſt; haud raro quoque in charta noſtra exhibetur, ut col.II. lin.17., X. lin.28. flectitur ut Ισαλης, ητος. col.VI. lin. 21. 22. Παυατης, ητος col. III. lin. 23. col. XII. lin. 32. Βελλης, ητος. col.VII. lin.26. fragm.IV. lin.3.

Ibid. lin. 28. Σαραπιων, απατωρ, μητρος Ηρακλουτ. Scribendum eſt Ηρακλουτος, quemadmodum ſupra Νεμεσουτος. Lin. 29. 30. quae ſequuntur clarae ſunt; in lin. 30. verba: μητρος της αυτης. eodem modo ſcripta ſunt, quo col. I. lin.6. cuius datum eſt ſpecimen.

Ibid. lin. 31. Τουαης Ισαλη. Linea haec cum ſeq. ſatis clare legitur; offendit tamen terminatio n. Ισαλη, quae eadem eſſet ac nominis Ερμη col.VII. l.7. mallem equidem Ισαλητος, ita ut Ισαλης ſit nomen patris, eiuſmodi autem terminationis nullum veſtigium deprehenditur: exiſtimandum eſt, literam τ, quae fini nominis


H ſuper-

Digitized by Google

ſuperſcribi debebat, nimia ſcribae feſtinatione omiſſam eſſe, nam n. Ισαλης col. VI. lin. 21. quod Ισάλητος lin. 22. flectitur, clare ſcriptum eſt.

Ibid. lin. 34. Απναχις, απατωρ, Δημητρι. Nominis matris tres priores ſyllabae perſpicue leguntur, ultima autem per notam comp. quae in ſiglis exhibetur, indicata eſt: hanc ſyllabam ex literis ος conſtare, docet col. XI. lin. ult. ubi ſcribitur: Παμιαλις Ορσανουφι. literis ος (nam Ορσανουφις, ιος flectitur) eadem not. comp. expreſſis. ſcribendum eſt adeo hoc loco Δημητριος, voce μητρος ob ſpatii anguſtiam, ut in multis aliis locis, omiſſa; flectitur enim Δημητρις, ut Πτολεμαϊς col. V. lin. 6. ſec. caſ. Πτολεμαϊος col. XII. lin. 18. Ειρηναϊς, ϊος col. X. lin. 9. Ηραϊς, ϊος ibid. lin. 31.

Col. V. lin. 1. Πανουφις Απναχεως, μητρος Ταοιιωφρεως, ποιμ.. N. Πανουφις (*agathodaemonis cultor*) quemadmodum & Τανουφις. Ορσανουφις & Ταορσανουφις, quae omnia charta noſtra exhibet, Aegyptia ſunt; eorum autem radix, ut videtur, eſt ⲛⲟⲩϥ (αγαθος) praefixis artt. ⲡ aut ϯ, qui, ut ex hoc quoque monumento patet, in multis nominibus Aegyptiis deprehenduntur. Hic Aegyptiorum mos articulos ſive adſpirationes ϕ ⲡ ⲑ ϯ vocibus praefigendi magnum lumen non ſolum in linguas gentium, quae primam culturam Aegyptiis debent, diffundit, ſed & monumenta Graeco-Aegyptia novo lumine illuſtrat; huius rei exemplum ex ſequenti inſcriptione monumenti Quiriniani adferam:



Poſſidet illuſtriſs. Angelus Quirini, ſenator Venetus, lapidem ex baſalte, & quidem operis anaglyphi cum inſcriptione Graeco-Aegyptia, quam modo exhibuimus: forma huius lapidis eſt quadrata, cuius media pars florum atque fructuum ornatus exhibet, inter quos autem duo vaſa, ex quibus aquae proſiliunt,

pri-

Digitized by Google

primum locum occupant. mediam quadram, quae hoſce ornatus in ſe incluſos continet, circumdat canalis ſatis amplus & profundus, adeoque aptus ad recipiendum fluidum quoddam, quod autem ope orificii, ex ipſa quadra proſtantis, in terram effundi videtur: iacet in medio orificii rana, elementi humidi ſymbolum. Indicant haec omnia, quod eiuſmodi ara ſive menſa ſacris ſolemnibus, nobis ceteroquin incognitis, dicata fuerit, quae autem ex indole theologiae Aegyptiae effuſionem ſive diſtributionem aquae Niliacae fuiſſe, haud improbabile eſt: eiuſmodi inſtrumentum voce, quae in inſcriptione huius monumenti ordine quinta eſt, nempe φαρσος, commode exprimi potuit, cuius vocis, ex lingua Copt. deductae, ſignificatus hic eſſet: *inſtrumentum effuſorium* ſive *fons effuſionis* (ⲉⲣ *origo, fons.* ϫⲟϣ *effundere, effuſio.* & art. ⲫ). Eſſet adeo vox φαρσος in inſcriptione Graeca ſervata, quoniam in Graecorum lingua, quemadmodum & ceterarum gentium, a quibus eiuſmodi ritus non obſervabatur, dictio aequivalens deerat. caracter 7̄, aliquantum ſimilis Aegyptiorum literae adſpirat. ϩ, voci φαρσος praefigitur, ad exprimendum ſonum genuinum pronunciationis Aegyptiae, quae literis Graecis reddi non poterat; unde etiam in lingua Copt. tot literas deprehendimus, quae otioſae eſſe videntur, inter quas litera ϩ, ut harum rerum peritis cognitum eſt, ſaepiſſime occurrit. Prima inſcriptionis vox videtur eſſe nomen proprium cuiuſdam Aegyptii, quod literis Graecis ita exprimendum eſt: φθωϋθη ſive φαθωϋθη. (eiuſdem terminationis ac nom. Εϱων in charta Borgiana col. VII. 17.) nam primus character ⊔ ſimillimus eſt lit. Copt. ϥ, qua Graeco-Aegyptii literam φ ſaepius exprimunt, ita quidem ut hiſce duabus literis promiſcue utantur: huius promiſcui uſus in palaeographia Graeco-Aegyptia, de quo antea, quod quidem ſciamus, nemini certo conſtare potuit, charta Borgiana multa & inſignia exempla exhibet; ſic enim litera φ in nom. Οϱτανουφις permutatur cum ϥ Aegypt. ut litera eidem aequivalenti, col. V. lin. 8. 17. 33. VI. l. 20. nom. Οννωφϱις ſcribitur cum ϥ col. IV. lin. 29. quemadmodum & nom. Χορτοφαγος col. IV. lin. 4. & alia;

Digitized by Google

hinc in alphabeto chartae Borg. duae hae literae earumque variae formae, tanquam literae unius eiuſdemque valoris, iuxta ſe poſitae exhibentur; ita ut de lectione nominis φϑωϋϑη, graece φαϑωϋϑη pronunciati, nullum ſit dubium. Satis nota eſt vis ſignificantior art. ⲡ vel ⲫ, unde φαϑωϋϑη (ο του ϑωϋϑ) *Mercurii Aegyptii ſervus* ſive *ſacerdos*. quemadmodum φαραω (ο του βασιλεως) *regis filius* aut *ſucceſſor*. Παφνουτιος (ο του ϑεου) *ſervus Dei*. Παμουνις (chart. Borg. col. VII. lin. 28.) *conſtantiae ſervus*. Παμουτις (ibid. col. XII. lin. 7.) *mortis ſervus*. Πετεσουχ (ibid. col. V. lin. 24.) *iuſtitiae ſervus*. eadem artic. vis animadvertitur quoque in nominibus mulierum, ut Ταυουφις (ibid. col. XII. lin. 3.) *agathodaemonis ſerva*. quemadmodum Πανουφις, *agathod. ſervus*. Τεφορσαϊτ (in charta Borg. frequentiſſimum, η του Φορσαϊτος) *Phorſaïtis filia*. Ταονωφρις (etiam frequens) haud dubie a ⲛⲟϥⲣⲓ (το συμφερον) cum artt. ⲧⲁ & ϯ, ut ſit η του συμφεροντος, *utilitatis ſerva*. Reliqua in hac inſcriptione clara ſunt, quae adeo ita ſcribenda & vertenda eſt:

Φϑωϋϑη Ισιδι, ϑεα μεγιστη, ϩ φαρσος ανεϑηκε.

Phathoythe Iſidi, deae maximae, menſam effuſionis dedicavit.

Hanc explicationem anonymo cuidam docto, rerumque Aegyptiarum perito, debemus; fuit autem vir inſigni doctrina conſpicuus, qui, ut ampliſs. Praeſul Steph. Borgia nos monuit, characteres, vocibus Θωϋϑη & Φαρσος praefixos, ſculpturae ornamenta eſſe exiſtimans, inſcriptionem monumenti Quiriniani ita interpretatus eſt:

Θωϋϑη, Ισιδι ϑεα μεγιστη Φαρσος ανεϑηκε.

Mercurio, Iſidi deae maximae Pharſus dedicavit.

(hanc aram, hoc monumentum).

Flectitur ergo Θωϋϑης, ϑου, ϑη, ut Ερμης, μου, μη, & Φαρσος eſt nomen eius, qui hanc aram Mercurio & Iſidi dicavit.

Quamvis haec interpretatio ob facilitatem primo adſpectu arrideat; tamen, quominus eam amplectamur aut veram eſſe exiſtimemus, ſequentes rationes impediunt.

α) Duo

Digitized by Google

α) Duo caracteres  & , qui, ut ipſa forma eiuſque varietas indicant, ornatus eſſe nequeunt, ſed vim ſuam habent, atque partem inſcriptionis conſtituunt.

β) Inter haec duo nomina Θωϋθη & Ισιδι θ. μ. quibus haec ara ſive menſa ſacrata fuit, deſideratur copula, ſine qua ſenſus ambiguus eſt & obſcurus: hac autem difficultate, praeſertim quum eiuſmodi omiſſionis exemplum forte adſit, non multum inſiſtimus.

γ) Inſolitum quoque & alienum videtur, quod Thoyth, ſecundum ſyſtema Graeco-Aegyptium inferioris ordinis numen, primo loco ponatur; ſecundo autem Iſis, Aegyptiorum dea maxima, cui etiam in hac inſcriptione, tanquam ſuperioris ordinis numini tit. θεα μεγιστη tribuitur.

δ) Satis cognitae ſunt formae Θωϋθ, Θωθ, Θευθ, Τααυτος ex Plutarcho, Clem. Alexand., Euſeb., Suida, aliiſque, quibus inſuper addi poteſt fragm. VIII. chartae Borgianae, quod formam Θωϋθ clare exhibet: nova autem forma Θωϋθης, ου, θη, quam huc interpres intulit, quaeque nullibi alias deprehenditur, maiorem auctoritatem, quam ſolum huius inſcriptionis exemplum, deſiderare videtur; nec enim Graecos nominibus barbaris, praeſertim in χ & θ deſinentibus, terminationem ης adiunxiſſe deprehendimus, ſed ος vel ιος, hinc ex Πετεσουχ fit Πετεσουχος, Σισουχ Σισουχος, Πατερμουθ Πατερμουθιος.

ε) Notum eſt aliquoties in eiuſmodi inſcriptionibus nomen rei, quae diis offertur aut dedicatur, omitti & ſubintelligi; inter alia huius rei exempla inſignis eſt inſcriptio Vatic. in nota ad col. III. lin. 31. citata. Maior tamen eſt numerus earum, in quibus res diis conſecrata verbis exprimitur; inter multa huius rei exempla poſtremam partem inſcriptionis ſupra laud. diligenter deſcriptam, hic proferemus:

Ιλεως σοι αλυπι.
Τον εν Κανωβῳ μετα του Ρωμε.... Διοσκοϱος Νεωκοϱ......
τοις μεγαλοις λι... ανεθηκα.

Quae haud dubie ita legenda eſt:

Ιλεως σοι αλυπια.
Τον εν Κανωβῳ μετα του Ρωμελιου Διοσκοϱος,
νεωκοϱος, θεοις τοις μεγαλοις λιθον ανεθηκα.

(monu-

(monumentum enim, cui haec inſcripta ſunt, eſt λιθος ſive στηλη, *columna*).

Haec ſunt adeo dubia, quae eruditum anonymum aliam interpretandi viam ingredi ſuaſerunt: ſed revertamur iam ad noſtrum propoſitum. In fine huius lineae adſcriptae ſunt tres litt. ποι eo modo, quo in ſiglis chartae exhibentur, cum nota comp. qua prima omiſſae ſyllabae litera μ indicatur. Neſcio, an alia vox, quam ποιμην, *opilio*, hoc loco legi poſſit, de cuius veritate ego quidem adeo perſuaſus ſum, ut eam in verſione reddiderim; nam aliquoties in charta noſtra occurrit v. βουκολος nominibus adſcripta, tanquam nomen conditionis, quae lectionem ποιμην hic & in ſequentibus, in quibus eaedem literae eodem modo ſcriptae ſaepius occurrunt, veroſimillimam reddit.

Ibid. lin. 2. Πακλης αδελφος, μὲ. ποι. Ultimae vocis literae, quas in textu poſui, ut ex ſpecimine patet, clarae ſunt, reliquae autem obſcurae; hinc veram lectionem indagare non potui. ipſius quidem monumenti intuitu ſuſpicaretur quis legendum eſſe μελοποιος, *vates lyricus*. verum haec lectio exiguam aut potius nullam veri ſpeciem habet.

Ibid. lin. 5. Ηρακλης, απο.. Literae απο cum nota comp. in ſiglis chartae exhibentur; occurrunt mox lin. 20. quatuor literae αποδ. abſque nota comp. ubi autem ſuſpicor legendum eſſe αποδουλος, *quem ſerva genuit*, nam praecedit v. απατωρ. forſan & hic eodem modo legendum ſit, quod definire nequeo: initio credidi latere in his literis nomen Απολλων (col. III. lin. 27.) aut Απολλωνιος, quod adeo eſſet nomen patris; hoc autem parum probabile eſt.

Ibid. lin. 6. Πτολεμαϊς Ηρακλειου. Primum nomen clare legitur, ex quo caſ. ſec. Πτολεμαϊος col. XII. lin. 18. occurrit, iuxta formam Ειρηναϊς, ϊος. ut ſupra iam monitum eſt.

Ibid. lin. 7. Κρονιων, απατωρ, Κρονουτ. Legendum eſt Κρονουτος a Κρονους. eiuſmodi enim terminationem indicat lit. τ lineae ſuperſcripta.

Ibid. lin. 8. Κοπρης, απατωρ, μητρος Ταορσανουφ.. Monachi Aegyptii, cui nomen Κοπρης, qui imperante Valentiniano vixit, meminit Sozom. hiſt. eccleſ. lib. XI. c. 28. alioquin antiquum no-

nomen Aegyptium eſt. In fine leg. Ταοςσανουφεως, nulla autem adiuncta eſt not. comp.

Ibid. lin. 9. Ζυ. Περτας, απατως, μητρος Τα..... Primae literae Ζυ. ſcriptae ſunt ut ſupra col.II. lin.1. cuius ſpecimen exhibuimus. matris nomen brevitatis cauſa abruptum eſt; credo autem, quod idem ſit ac proxime praecedens Ταοςσανουφις & leg. Ταορσανουφεως.

Ibid. lin. 13. Αντλευς Πατα.υτιος, ποιμ.. Media litera ſecundi nom. excidit; ſuſpicor autem ſcriptum fuiſſe Παταρυτιος a Παταρυτις, habemus enim col. XII. lin. 28. n. Παταρυτος a Παταρυς. terminatio Παταρυτιος plene ſcripta eſt, ita tamen ut poſtremae litt. ος, non una ſerie cum praecedentibus cohaereant, ſed ſupra lin. notatae ſint. In fine lego ποιμην, quemadmodum in ceteris locis, ubi eaedem literae occurrunt.

Ibid. lin. 14. Πα..λις αδελφος. In primo nom. ſuperſunt veſtigia trium aut quatuor literarum, ex quibus apparet ſcriptum fuiſſe nom. Παννωλις, quod col.XI. lin.7. & ult. exhibent; quum autem paulo incertus ſim, lacunam textus ſervavi.

*Ibid. lin.*16. Μιυσις Πασιτος, ποιμ.. Ex primo nom. formatur, praefixo ερ, Αρμιυσις, & accedente art. ϯ, nom. mulieris Ταρμιυσις, quod charta noſtra ſaepius exhibet. fuit hic Miyſis opilio, additur enim v. ποιμην.

Ibid. lin. 20. Τουτουης, απατως, αποδ.. Primum nom. iam ſupra vidimus col. IV. lin. 22. ubi clarius ſcriptum eſt; novum eſt, ut multa alia in hoc monumento, nam alibi deprehendi vix crediderim. literae, quae in fine notatae ſunt, in ſiglis exhibentur, ſub quibus, ut ſupra ad lin. 5. monui, vocem αποδουλος reconditam eſſe opinor, quod & in verſione indicavi; nulla tamen addita eſt nota comp. niſi quod ultima lit. δ ſupra lineam poſita ſit.

Ibid. lin. 21. Πλουτιων, μηχαναρις, Ultimam vocem nomen conditionis eſſe haud improbabile eſt; hoc enim confirmari videtur col.VIII. lin.11., ubi ita aperte legitur: Πασις Βελλυου, μηχαναρις. cogitaret quis forſan μηχαναρις eſſe formam Aegyptiam cuiuſdam vocis Graecae originis; huic autem opinioni adverſatur conſtans Aegyptiorum mos receptas Graecorum voces integras & intactas ſervandi, praefixis tantum ipſorum parti-

particulis, ut omnes, qui prima linguae Copticae rudimenta callent, norunt.

Ibid. lin. 23. Καμηφις, απατωρ, Ταφορσαϊτ. Occurrit in fragmento Damaſcii περι αρχων ap. Wolfium in anecdotis Graecis tom. III. pag. 261. numen Aegyptium, cui nomen Καμηφις, eodem modo ſcriptum, quo hic; Aegyptii numinis quoque mentionem facit Plutarch. de Iſide, verum ſub nom. Κνηφις, quod Damaſcio reſtituendum eſſe Galeus in Iamblich. de myſteriis pag. 298. contendit; in Plutarchi autem cod. elegantiſs. qui in biblioth. Eminentiſs. Card. Zeladae ſervatur, legitur Κμηφις, quemadmodum & in marg. ed. ſuae ex duob. codd. Vatt. notavit Muretus (adſervatur hicce Mureti Plutarchus in bibl. Collegii Rom. cuius Memorabilia Graeca una cum notitia critica praeſtantiorum codd. Graecc. praeſertim in literatura claſſica, quos in variis bibliothecis vidi & tractavi, aliquando forſan, ſi otium detur, publici iuris faciam). Adeoque lectio Wolfiana Καμηφις chartae noſtrae auctoritate confirmatur: videtur etiam n. Καμης, quod col. VII. lin. 18. occurrit cum n. Καμηφις eiuſdem originis eſſe. in fine leg. Ταφορσαϊτος.

Ibid. lin. 24. Πετεσουχ Ζωϊλου. Regis Aegypti, cui nomen Peteſuccus, meminit Plin. hiſt. natur. lib. XXXVI. cap. XIII. in quo quidem nomine multum inter ſe diſſentiunt codd mss. ratio autem ſcribendi, in charta noſtra obſervata, etiam ſecundum etymologiam nominis, quam infra monſtrabimus, praeferenda eſſe videtur.

Ibid. lin. 26. Διδυμος Πρωτα, ποιμ.. Nomen patris cum litt. ποιμ. una ſerie ſcriptum eſt, ut in ſiglis, in quibus hic locus exhibetur, cernitur; hinc primo adſpectu facile quis crederet legendum eſſe πρωτοποιμην, ſed lit. α in Πρωτα clara eſt, ita ut nullus dubitem, quin bene deſcripſerim.

Ibid. lin. 30. Σαρσαπαμμων Ανσαητ. Nomen patris diu legere non potui, mediis literis fere evanidis, de lectione autem, quam recepi, iam nullus dubito; nam idem nomen diſtincte legitur col. VIII. l. 9. 32. quae loca huic lucem adfundunt. nomen feſtinatione ſcribae in fine detruncatum eſt pro Ανσαητος ab Ανσαης, ſecundum flexionem Graeco-Aegyptiam.

Ibid. lin. 34. Πρωτας Σ. λασυα. ος. Haſce tantum literas ſecun-

Digitized by Google

ſecundi nominis agnoſco, ceteras, quae iniuria temporis fere evanuere, neſcio; litera autem, quae Σ ſequitur, Coptorum ϫ ſimilis eſt, litt. finales ος clarae ſunt. Ob ſuam difficultatem locus inter ſpecimina chartae exhibetur.

Col. VI. lin. 1. . . . . . . ευς. Omnes huius lineae literae monumenti vetuſtate fere deletae ſunt: primi quidem nominis veſtigia ſuperſunt, ex quibus autem nihil colligitur, ſecundum videtur eſſe Καλαπους, idem quod col. VII. lin. 23. exhibetur.

Ibid. lin. 4. Παραμμων Μαλανος. Primi nominis literae Παρ conſiſtunt ex praef. ⲡ & art. quae in unum contracta efferuntur ut Παρ, ſic & Ηεραμμων, col. IV. lin. 12. quod autem artic. caret. Nomen patris lectu difficillimum eſt, lectionis autem veritatem confirmat col. VIII. lin. 21. ubi clare ſcriptum eſt; flectitur Μαλανος a Μαλας, quemadmodum in lin. praeced. Αυλανος ab Αυλας.

Ibid. lin. 9. . . . ισ . νος, απατωρ, μητρος Χαειτ. Omnia clara ſunt, excepto primo nomine, quod legi nequit, cuius quoque ob novitatem characteris ſpecimen exhibetur. Suſpicabitur quis literas male conſervatas eſſe; locum autem diligenter examinavi, nihilque deletum aut corroſum deprehenditur. De literis, quae ſequuntur, paululum incertus ſum, ſintne ισπνος an ισευνος. In fine legendum eſt Χαειτος a Χαεις, quam terminationem indicat quoque lit. τ ſupra lineam notata.

Ibid. lin. 10. Αειωνις, απατωρ, μητρος Ηερακλουτ. Primum nom. clare legitur, quemadmodum & col. XIII. lin. ult. In fine leg. μητρος Ηερακλουτος.

Ibid. lin. 11. Λουππος Πρωτα. Primum nom. clarum eſt, quod & col. X. lin. 6. exhibet. Fuit, imperante Traiano, praefectus Aegypti eiuſdem nominis, cuius fit mentio in Euſebii Pamphili hiſt. eccleſ. lib. IV. cap. 2. Scriptt. hiſt. eccleſ. tom. I. pag. 121. ubi n. Λουππος, quemadmodum in charta noſtra, ex orthographia Alexandrina cum dupl. π ſcribitur (Romani enim, ut notum eſt, cum ſimpl. ſcribebant) en locum: Ηδη του αυτοκρατορος (Τραïανου) εις ενιαυτον οκτωκαιδεκατον ελαυνοντος, αυθις Ιουδαιων κινησις επαναστασα παμπολυ πληθος αυτων διεφθειρεν.

 Hicce

Hicce Iudaeorum tumultus, qui non ſolum Alexandriae, ſed & per reliquam Aegyptum & Cyrenaicam excitabatur, in tantam ſeditionem crevit, ut ſequenti anno bellum non mediocre conflatum ſit, ηγουμενου τηνικαυτα Λουπου της απασης Αιγυπτου. A n. Λουπος (cum ſimpl. π) factum eſt dimin. Λουπουλος, quod in ſeq. inſcript. Gr. Vat. legitur: Θ. Κ. Λουπουλη θυγατρι, ζησαση ετη δ' μην. ζ', Λουπουλος πατηρ εποησε. Frequens illud εποησε pro εποιησε.

Ibid. lin. 12. Σαραπιων Χαιρημονος, επ.. Παν.. Quid literae επ cum nota comp. ſignificent, neſcio. Suſpicabar quidem indicari vocem επιτροπος, *tutor*, ita ut nomen pupilli adſcriptum eſſet; verum hac de re, praeſertim quum ipſa vox, quae hiſce literis indicatur, nullibi plene ſcripta ſit, nihil affirmare poſſum; literae per ſe clarae ſunt & variis in locis occurrunt, ut col. VIII. lin. 6. X. lin. 9. 30. XI. lin. 31. data ſunt horum locorum ſpecimina, quo vera lectio, quae a me ignoratur, ab aliis facilius inveſtigetur. In fine poſt literas Παν alia eſt, quam non agnoſco, niſi forte ſit litera ι cui ſuperſcripta eſt nota comp. initio credidi eſſe n. Πανσις, quod in charta frequens eſt, iam autem nihil certi definire auſim. De lectione loci unuſquiſque ex dato ſpecimine iudicabit.

Ibid. lin. 13. Ευδαιμων, απατωρ, Ηρακλουτ. In fine leg. Ηρακλουτος.

Ibid. lin. 15. Ευτυχ.. Ευτυχου. Duae literae in fine primi nominis exciderunt, facile autem reſtituuntur: ſcribendum eſt aut Ευτυχης, ut mox lin. 4. a fine, aut Ευτυχος, ut col. IX. lin. 15.

Ibid. lin. 16. Αννης Ευτυχου. Primi nominis, quod in Aegypto ſatis frequens eſt, mediae literae paululum corroſae ſunt & obſcurae, lectionis autem veſtigia aperta ſunt.

Ibid. lin. 17. Ηρων, απατωρ, Τεφορσαϊτ. Indicat lit. τ in fine ſupra lin. notata ſcribendum eſſe Τεφορσαϊτος. ultima vox lin. ſeq. eodem modo ſcripta eſt, quo col. III. lin. 16. ult. ſyllaba per notam comp. indicata.

Ibid. lin. 20. .τιλλης Πωλεως, λαχανοπωλης. Perditae ſunt primi nominis duae priores literae, nec, quum ſimile non occurrat,

currat, quid olim ſcriptum fuerit, divinare licet. Nomen patris eſt Πωλις, quod aliquoties exhibetur, ex quo Πωλιων, quod in charta noſtra frequens eſt. Ultima vox clare legitur, modo autem compendiario, qui in ſiglis cernitur, ſcripta eſt.

Ibid. lin. 21. Ισαλης Κερνιωνος, κεραμευς. Dubitari poteſt ſitne Ισαλης an Ισαγης, literae enim λ & γ praeſertim in medio vocis interdum aegre diſtinguuntur; ex ſequenti autem lin. ubi idem nomen clarius eſt, veritas textus probabitur. Hic & in ſeq. lin. ſunt duo figuli, quos ſolos in charta noſtra offendimus: v. κεραμευς, ut in ſpecimine cernitur, plene ſcripta eſt.

Ibid. lin. 24. Αμμωνιας Ηρωνος μητρος Ταορσαν... Θερμουθεως. Literae ν in Ταορσαν addita eſt nota comp. ita ut ſine dubio legendum ſit Ταορσανουφεως. hoc nomen, ut ipſum ſpecimen monſtrat, punctis notatum eſt, ex quibus colligitur, illud ſcribam ut vitium calami excluſum voluiſſe; quapropter, reiecto n. Ταορσανουφεως, iungendum eſt μητρος Θερμουθεως. Eiuſmodi puncta ſine notae correctionis cernuntur quoque in ſpecimine text. cuiuſdam voluminis papyr. Herculanenſis (vid. Winckelm. *Storia delle arti del diſegno* tom. III. pag. 199. ed Rom.) & in fragm. tab. marmor. Muſei Borgiani Velitris, a cl. Heeren in eleganti & erudita diſſertatione, qua hoc monum. illuſtravit, obſervatae pag. 15. Nom. mulieris Θερμουθις, cuius originem ad col. II. lin. 4. monſtravimus, in Aegypto ſatis obvium fuiſſe colligitur ex Iablonski Panth. Aegyptt. lib. I. c. V. p. 116. 117:

Ibid. lin. 26. Πρωτας Αιλουρα. Nom. patris eſt Αιλουρας, alias n. Αιλουρος in Aegypto frequens eſt. Obſervandum eſt, terminationem nominum Aegyptiorum in ος, quae raro in charta Borgiana deprehenditur, ad ſeriora tempora pertinere: hinc in charta noſtra Αιλουρας, Ορσανουφις, Πανσις, Πατερμουθ, Πρωτας, Σουχας antiquioris aevi ſunt, ſequioris autem Αιλουρος, Βαρσανουφιος, Πανσιος, Πατερμουθιος, Πρωτος, Σουχος. Haec obſervatio in praefatione mihi uſui fuit.

Ibid. lin. 27. Σελευκου Μαρε-ψημεως. Terminatio primi nom. perſpicua eſt, quam tamen vitioſam eſſe ſuſpicor; ſcribendum enim videtur Σελευκος. De ſec. nom. paulo incertus ſum, ſitne Μαρεψημις an potius Μαρεψημις, litera enim inter ρ & ψ

 diffi-

Digitized by Google

difficulter dignoſcitur : ipſum autem nomen Aegyptiae originis eſt.

Ibid. lin. 28. Ευτυχης Ευτυχα. Nom. patris flectitur haud dubie ab Ευτυχης, quae adeo nova flectendi ratio eſſet; nam Ευτυχας charta noſtra non agnoſcit. In ſeq. lin. legendum eſt: Ηρακλης Μαρωνος, ποιμην.

Ibid. lin. 31. —— ανδρες ρπα'. Δι. μ. καταπο... Repetitur, quemadmodum in fine cuiuſque catalogi, numerus operariorum, &, ut equidem opinor, ſubſcribitur nomen eius, cuius curae & moderamini haecce opera mandata erant: huius quidem nominis mediae literae una cum particula chartae exciderunt, ita ut nomen legi nequeat, ultimae autem lit. μ adiuncta eſt nota comp. ſimilis ei, quae col. I. lin. 5. nomini Χαιρημονος ſuperſcripta eſt, ita ut ſtructura gen. abſol. ſatis aperta ſit, quam clarius adhuc indicat flexio ſec. caſ. nominis Δϋκαττοερς a Δϋκαττωρ col. IX. lin. 7. Ultimae vocis literae πο male deſcriptae ſunt, nec vitium textus emendare licuit; tardius enim, primis textus foliis typis iam impreſſis, errorem animadverti, quem forte in monumento adeo difficili humanitas lectorum mihi facile ignoſcet. Confirmavit me in hoc errore forma litt. απ, quibus vulgo v. απατωρ indicatur; deinde etiam punctum (·), quo in charta noſtra lit. ο ſignatur, lineae curvae notae comp. quae in ſpecimine cernitur, adnexum mihi videbatur. Hinc orta eſt falſa lectio καταπο... cuius loco ſcribendum eſt κατασ... quemadmodum & col. IX. lin. 7. & XII. lin. 15. ubi eaedem literae repetuntur; nam ult. lit. eſt ſigma finale, cuius forma quoque in alphabeto chartae cernitur. Hae literae varie legi poſſunt, indicat enim nota comp. plures deeſſe ſyllabas: tentatis quidem variis rationibus, ea mihi probabilior viſa eſt, qua κατασκευαζοντος vel κατασκευασαντος legitur, verbi κατασκευαζω *ſtruo*, *ordino*, *diſpono* (ſubauditur nempe τα εργα). Suſpicor quidem, ſi modo in re tam dubia & obſcura ſuſpicari liceat, verbum κατασκευαζειν de primo horum operum ſtructore adhiberi, qui nempe modum fabricationis docuit, laboribuſque inter operarios diſtribuendis praefuit, quam quoque ſuſpicionem in verſione indi-

Digitized by Google

indicavi : ipſam autem vocem, quaecumque etiam fuerit, in hiſce operariorum catalogis uſitatiſſimam fuiſſe, vel ex eo patet, quod primis literis ubique ſignata ſit. Haec tantum notavi, ne locus abſque ullo illuſtrationis tentamine ſuis tenebris obvolutus relinqueretur, veriora haud dubie tempus indagabit. Conf. cum hac nota loci ſpecimen.

Col. VII. lin. 1. β' εγκ . . . . Titulus huius catalogi inter ſpecimina chartae exhibetur. Quatuor primae literae β' εγκ. cum nota comp. clarae ſunt, literis autem 'εγκ. indicari vocem εγκωμιον, *encomium*, *laudatio publica*, unuſquiſque, ut mihi videtur, primo adſpectu ſuſpicabitur: encomia enim hi catalogi nominari videntur, quia in ipſis nomina bonorum civium, qui ſe, nulla lege coacti, ad opera publica obtulerant, poſteritatis memoriae ſervabantur. Hanc lectionem, quum haud exiguam veri ſpeciem habeat, in verſione reddidi: magnam tamen difficultatem facit lit. num. β', indicat enim hunc titulum cum catalogo praeced. communem eſſe, in cuius autem quemadmodum & ſequentium principio deeſt. Nulla alia, ut mihi videtur, huius rei ratio dari poteſt, quam quod hicce titulus in eiuſmodi monumentis adeo frequens fuerit & obvius, ut eum ſcriba in fronte cuiuſque catalogi repetere noluerit; mirum tamen eſt, quod in principio ſecundi potius quam primi catalogi notatus ſit.

Ibid. lin. 2. Ομοιως ἀπο ια' εως ιε'. Menſis Mechir, qui in primo catalogo notatur, ſubintelligitur: incipitur quoque die, quo ibi finitur, duratque opus per quatuor dies; ipſum autem opus lin. ſeq. indicatur.

Ibid. lin. 3. Φογημεως διωρυχ ανδρες ξθ'. Deeſt vox απεργασαμενοι, quae ex titulo primi catalogi huc revocanda eſt. Abrumpitur in fine διωρυχ pro διωρυχα (a διωρυξ, *foſſa*) quam vocem, magna rapiditate ſcriptam, ni aliquoties repetita eſſet, nemo hic agnoſceret: haec autem foſſa nomine Φογημις diſtinguitur, quemadmodum in titulo primi catalogi aggeres nomine Τεπλυνις. Quid de hiſce nominibus probabiliter exiſtimandum ſit, in praefatione monitum eſt.

Ibid. lin. 4. Αρπαλος, δουλος Πτολλαρους. Nomen heri plene

plene ſcribitur, eiuſdemque formae eſt ac n. Κρονους, Θεοδους, Ηρακλους, & alia, quae ſupra obſervavimus; quibus addendum eſt nom. mul. Ευσταθους eiuſd. formae Graeco-Aegyptiae, quod in conciliis ad reg. edit. exactis ed. Labbei tom. II. pag. 1582. deprehenditur; verba, in quibus occurrit, ſunt: Νομιμον πραγμα πεποιηκασιν οι πρεσβυτεροι εν Γεμινω τη κωμη, ει αληθευει η κομιζουσα το γραμμα Ευσταθους· φασκει γαρ,' & rel. Flectitur Πτολλαρους, ουτος (cum circumfl.) ita ut appareat, hanc formam utrique ſexui communem fuiſſe. Habemus quidem formas vocum contractas in ους ex terminat. οεις, flectitur autem genit. ουντος. conf. Euſtath. in Hom. Iliad. pag. 1114. lin. 1. ed. Rom.

Ibid. lin. 7. Ηρων Ερμη, μητρος Τεφορσαϊτ. Singulae literae n. Ερμη optime ſervatae ſunt, neque apparet, quod hoc nomen, abſque flexione ſcriptum, ſit nomen patris, ſed potius alterum Heronis nomen; niſi forte Ερμη & Ισαλη (col. IV. lin. 31. 32.) ſint gen. Graeco-Aegyptii, ut Αννης, η (cum circumfl.) Ερμης, η. Κοπρης, η. Μωϋσης, η. & alia. in fine leg. Τεφορσαϊτος.

Ibid. lin. 9. Πρωτας Ηρωνος, δου.. Πρωτα, μητρος Ταορσεως. Omnia clara ſunt, exceptis literis δου, quarum ſcriptura inter ſpecimina exhibetur; prima autem lit. δ ex τ correcta videtur. In ipſa charta conſpiciuntur exigua foramina una ſerie continuata ſupra Ηρωνος δουλος, quae ex punctis correctionis, eodem modo, quo col. VI. lin. 24. notatis, orta eſſe videntur: excludenda igitur eſſent Ηρωνος, δουλος ab ipſo ſcriba deleta. Cogitaret quis etiam legendum eſſe: Ηρωνος του Πρωτα. ita ut Πρωτας avus eſſet; art. autem nullibi eo modo ſcribitur, & deinde nota comp. quae clare cernitur, huic opinioni adverſatur. Legendum puto: Πρωτας Ηρωνος, δουλος Πρωτα, μητρος Ταορσεως. nom. matris eſt Ταορσις.

Ibid. lin. 11. Ευδαιμων, δουλος Αμμωνιλ.. Fini ult. nominis adiuncta eſt nota comp. qua vulgo unius ſyllabae omiſſio denotatur; unde credo ſcribendum eſſe Αμμωνιλου ab Αμμωνιλος. nom. Aegyptium ſatis cognitum, quod & in verſione poſui.

Ibid. lin. 15. Σερηνος, αυλητ. In fine ultim. vocis lit. τ ſupra lineam poſita eſt, ut in ſiglis, in quibus exhibetur, cernitur: nullus

Digitized by Google

nullus dubito, quin legendum ſit αυλητης, ut plene ſcribitur lin. 19. quam lectionemquoque in verſione reddidi. Haud improbabile eſt eos, quibus vox αυλητης adſcripta eſt, muſicos eſſe. Vid. Athen. Deipnoſ. lib. XIV. c. V.

Ibid. lin. 16. Σαςικελης, διακων. Additur vox διακων, quae nomen conditionis eſt, occurrit eadem lin. 17. 18. col. IX. l. 23. in quibus plene & clare ſcripta eſt, ita ut de lectione nullum ſit dubium; huius autem lineae, quae ceteris melius conſervata eſt, datum eſt ſpecimen. primas litt. διακ. col. III. lin. 14. & IV. lin. 15. vidimus, quibus, ut ſupra monui, eamdem vocem indicari probabile eſt. Voces διακονος & διακων unum idemque ſignificant, nec in alia re differunt, niſi quod haec ſit forma Graeco-Aegyptia ſive Alexandrina, quae deinde a ſerioribus ſcriptoribus chriſtianis interdum uſurpata fuit, ex quorum euchologiis aut libris liturgicis Cangii gloſſario inſerta eſt. Quid autem vox διακων hic ſignificet, dictu difficile eſt, forte ut idem ſit ac δουλος. υπηρετης, *famulus*, *ſervus*. vid. Polluc. Onomaſt. lib. III. c. VIII. ſegm. 76. Sic & Clitarchus in gloſſis apud Athen. lib. VI. pag. 267. Καλουνται δε οι δουλοι, ως μεν Κλειταρχος φησιν εν ταις γλωσσαις, αζοι και θεραποντες και ακολουθοι και διακονοι και υπηρεται. *Clitarchus in gloſſis tradit ſervos etiam vocari* αζους, θεραποντας — διακονους *&c.* Aut etiam οψοποιος, *coquus*, qui v. διακονος ſignificatus fragm. Lucinae Nicomachi apud Athen. lib. VII. pag. 290. 291. egregie confirmatur. locum perſpicuitatis cauſa adiungam:

Νικομαχος εν Ειλειθυια παραγει τινα μαγειρον . . . λεγει δε ουν ουτος προς τον μισθωσαμενον·

A. Υποδεικνυεις μ' ηθος αστειον πανυ
και πραον· ολιγωρον δε πεποιηκας τι. B. Πως;
A. Εν τη τεχνη τινες εσμεν ουκ εξητακας·
η προτερον επυθου των ακριβως ειδοτων,
ουτω τ' εμισθωσω με; B. Μα Δι' εγω μεν ουκ.
A. Η μην ισως, οσον διαφερει διακονου
μαγειρος, ουκ οισθ'; B. Εισομαι δε γ', ην λεγης.
A. Το γαρ παραλαβοντ' οψον ηγορασμενον,
προτερον αποδουναι σκευασαντα μουσικως,

διa-

διακονου 'στι του τυχοντος . B. Ηρακλεις .

A. Ο μαγειρος εσθ' ο τελειος, ετερα διαθεσις·
πολλας τεχνας λαβοις αν ενδοξους πανυ,
ων μη μαθειν βουλομενος ορθως, ουκ επι
ταυτη προσελθειν ευθυς .

Nicomachus in Lucina coquum arrogantem cum hero ita loquentem inducit:

Coq. *Mores valde urbanos prae te fers*
ac placidos ; oſcitanter autem egiſti. Her. *Quomodo*?
Coq. *In arte mea quid valeam, non exploraſti.*
An, conſultis primum peritioribus,
ita demum conduxiſtl me? Her. *Per Iovem, nll minus.*
Coq. *An igitur ignoras, quantum inter* διακονος
et μαγειρος *diſcrimen ſit*? Her. *Sciam equidem, ſi mihi dixerls.*
Coq. *Coempta obſonia ab aliis accipere,*
atque, antequam In menſa apponantur, concinne apparare,
cuiuslibet eſt διακονου. Her. *Itane*?
Coq. *A* μαγειρος *autem qui artem ſuam perfecte callet, alia requiruntur:*
multas tibi cogites artes, eaſque inſigniores,
quas qui diligenter diſcere noluerit, hancce
ſtatim aggredi nequit.

(Nicomachi vet. com. poëtae fabulam, Ειλειθυια inſcriptam, drama ſatyricum fuiſſe ſuſpicor. conf. Hygini fab. XIII. Grotius contra Suidam comoediam fuiſſe contendit). Conferatur cum hoc loco Athen. Deipn. lib. IX. p. 404. 405, ubi in Anthippi comici fragm. ſimilis comparatio inſtituitur inter μαγειρος & οψοποιος, ita ut notio v. οψοποιος notioni v. διακονος, quam nuper vidimus, exacte reſpondeat. Vocem διακων e verſione omiſi, nam quid hic ſignificet, definire nequeo: ſaltem de diaconis chriſtianis, ut ſpero, nemo ſanus cogitabit.

Ibid. lin. 19. Μαξιμος, αυλητης. Vox, quae additur, ut ſupra monitum fuit, plene & clare ſcripta eſt, cuius quoque ſpecimen dedimus.

Ibid. lin. 21. Προτας Χρατου. Clara eſt lectio huius lin. Suſpicabar nom. patris vitioſe ſcriptum eſſe; offendimus autem in fragm. II. col. II. lin. 5. eiuſdem nominis veſtigia.

Ibld.

Digitized by Google

Ibid. lin. 23. Κερνιων Καλπους. Locus clare legitur, quem ſuſpectum reddere potuit inauditum n. Καλπους. Credo autem, quod Καλπους cognomen ſit, ſaepius enim vidimus nonnullos horum operariorum cognominibus diſtingui: huncce cognominum uſum inter Graeco-Aegyptios illuſtrat locus Palladii hiſt. Lauſ. pag. 104. edit. Meurſ. quem hic adſcribam: Σεραπιων τις ονοματι γεγονεν, τω γενει Αιγυπτιος, επικλητος Σινδονις· παρεκτος γαρ σινδονιου ουδεποτε ουδεν αλλο περιεβαλετο· Loquitur nempe de Serapione quodam, Aegyptio, cui cognomen fuit *Sindonis*, quia veſtibus, e ſindone textis, utebatur. Eſſetne forſan Καλπους vox Graeco-Aegyptia, formata ex v. Καλπις, *urna*, *vas potorium*. vid. Heſych. h. v.? Nihil ſtatuo.

Ibid. lin. 24. Πασιλευης Πακια. Nomen patris eſt Πακιας, quod eodem modo flectitur, quo cetera in ας deſinentia.

Ibid. lin. 26. Βελλης, γραφευς. Lectio, ut in ſpecimine cernitur, clara eſt. Memorabilis eſt haec linea, quod unicum pictorem, cuius charta noſtra mentionem facit, ſervaverit; niſi forte in literis γρ, quas exhibet fragm. VII. lin. 14. eadem vox lateat. Sequor interp. Heſychii v. γραφευς· ζωγραφος, *pictor*, flectitur Βελλης, ητος, conf. fragm. IV. lin. 3.

Ibid. lin. 28. Παμουνις, απατωρ, μητρος Ισιδ. Primi nominis radix haud dubie eſt ⲙⲟⲩⲛ *conſtantia*, *perſeverantia*; hinc, praefixo articulo, formatur Παμουν, & ſubiuncta terminatione Graeco-Aegyptia ις, Παμουνις. In ſecunda voce eſt litura; ſcriba enim, errorem ſuum videns, voci falſae nondum finitae, ut in ſpecimine cernitur, literas απ (i. e. απατωρ) illevit. Fini ult. nominis, quod & in ſiglis exhibetur, adnexa eſt nota comp. qua literae omiſſae ſignificantur, ita ut legendum ſit μητρος Ισιδος, quod in textum recipere debuiſſem.

Ibid. lin. 29. Ηρακλης Πατκομις. N. Πατκομις ſine dubio cognomen eſt & Aegyptiae originis, quam autem conſtituere difficile eſt. Adhuc incertus ſum, an non potius Παλκομις legendum ſit, nam loca ſunt, in quibus λ eandem fere formam habet: huius dubitationis cauſa ſpecimen loci datum eſt, ex quo, quaenam ſit vera lectio, unuſquiſque diiudicare poterit.

Digitized by Google

Ibid. lin. 32. Τουτουνς, απατωρ, Περτα, Λερδις. Nomen matris haud dubie eſt Περωτας, quod etiam ut nomen matris exhibetur col. XI. lin. 13. Περωτας alias in charta noſtra ut nomen viri frequentiſſimum eſt, quod haecce loca ſuſpecta mihi reddidit; vidi autem veram eſſe lectionem chartae ex loco hiſt. Lauſ. Pallad. pag. 88. ubi de muliere Aegyptia agitur, cui nomen Πιαμουν, quod ſecundum art. ex quo compoſitum eſt, nomen viri eſſe debuit: potuiſſet quidem ex Αμουν (nomen Aegyptii cuiuſdam, de quo multa narrantur in fragm. hiſt. Lauſ. quod in Cotelerii monumm. eccleſ. Gr. pag. 158. exſtat) nomen mulieris more Aegyptiorum formari; praefigendi autem eſſent artt. foem. ϯ aut ϯ, cuius moris quam plurima in charta noſtra exempla ubique deprehendimus. Ex his ergo perſpicitur, mulieribus Aegyptiis interdum nomina virilia data eſſe, ita ut ex auctoritate exempli nuper adlati Περωτας eodem iure, quo Πιαμουν, nomen mulieris eſſe poſſit. V. Λερδις, ut ſupra monui, clariſſima eſt, eamque inter ſpecimina exhibui, ne quis de lectionis veritate dubitaret; ſuſpicor autem inauditum hocce vocabulum, quemadmodum & nonnulla alia in hoc monumento, ut Πατκομις lin. 29. Καλπους lin. 23. Ιστκευς col. VIII. lin. 15. Πλαπετ ibid. lin. 12. ad ſonum pronunciationis Aegyptiae aut Graecae ſcripta eſſe, ita ut eorundem vis ac origo, deficientibus praeſertim ſimilibus monumentis, vix indagari poſſint.

Col. VIII. lin. 1. Πανσις Φογημεως. Nomen patris plene & clare ſcriptum eſt, quod ſupra vidimus col. VII. lin. 3.

Ibid. lin. 2. Κρονις αδελφος. Solus locus eſt, in quo v. αδελφος plene ſcripta eſt, cuius novitatis cauſa loci ſpecimen exhibetur.

Ibid. lin. 3. Εκυσις Πετεσουχου. Nomen patris plene ſcriptum eſt, a Πετεσουχος, de cuius origine ad col. XI. lin. 5. agitur. Primum nom. col. VI. lin. 5, exhibetur, hoc loco autem clarius eſt & melius conſervatum.

Ibid. lin. 6. Ορσανουφις Ευδαιμονος, επ.. Λυκ.. Specimen loci datum eſt ob litt. επ. de quibus ſupra ad col. VI. lin. 12. nonnulla monuimus. In fine ſine dubio legendum eſt Λυκεως a Λυκευς, nomen quod ſolo hoc loco occurrit.

Ibid.

Digitized by Google

Ibid. lin. 8. Κορμουσις Παμμο.. λαχανοπωλης. Omnia clara ſunt, excepto nom. patris, cuius tantum initium ſcriptum eſt, quemadmodum & col. VII. lin. 32. adnexa nota comp. qua non tantum literas ſed ſyllabas deeſſe indicatur: quomodo legendum ſit neſcio, in ſiglis autem exhibetur ſcripturae ſpecimen.

Ibid. lin. 9. Ανσαης Πασιζος, ονηλατης. Primum nomen occurrit infra lin. 32. in caſ. ſec. Ανσαυζος, plene ſcripto.

Ibid. lin. 11. Πασις Βελλυου, μηχαναρις. Nomen patris haud dubie eſt Βελλυος aut Βελλυας, quod alias non occurrit. Haud obſcure indicat hic locus ult. vocem nomen conditionis eſſe, ut ad col. V. lin. 21. monuimus.

Ibid. lin. 12. Ορσευς Πλαπετ, ονηλατης. Charta noſtra multa nomina exhibet, in quibus formae quidem diverſae ſunt, radix autem una eademque, inter haec ſunt ſequentia: Ορσευς, quod primum huius lin. eſt, quodque praeterea exhibent col. X. lin. 11. XII. lin. 22. XIII. lin. 2. 8. &, ut veſtigia ſatis clara monſtrant, fragm. XII. lin. 5. Ταορσις (n. mul.) col. VII. lin. 10. Ορσις (n. mul.) col. IV. lin. 9. Ορσανουφις (n. v.) Ταορσανουφις (n. mul.) & Ταφορσαϊτ ſive Τεφορσαϊτ (n. mul) quae in charta noſtra obvia ſunt. Ταφορσω (n. mul.) col. IX. lin. 4. & Τεφορσω col. XII. lin. 24. denique Ορσανος (n. V.) col. X. lin. 17. quibus nonnulla accedunt, quae charta non exhibet, ſed alibi deprehenduntur, ut Ωρ ac Πιωρ (nn. vv.) in Pallad. hiſt. Lauſ. frequentiſſima. Ταωρ (n. mul.) ibid. pag. 146. Haec omnia ſine dubio ex una eademque radice proveniunt, nempe Aegypt. ⲟⲣ, ⲱⲣ aut ⲟⲩⲣ, propr. *ignis*, quia autem igne omnia inclareſcunt, etiam *lux*, *lumen*. quod in Lex. Copt. fruſtra quaeritur; Copti enim eius loco v. ⲟⲩⲱⲓⲛⲓ utuntur, qua princip. Geneſ. multiſque aliis in locis Ebr. אור vulgo redditur, quaeque ex antiqua voce Aegyptia corrupta eſſe videtur: ſupereſt autem ⲟⲣ aut ⲟⲩⲣ in ceteris orientis linguis, in quibus etiam vaga eiuſdem pronunciatio ſervata eſt, hinc אור vel אור, أر vel أور una eademque vox eſt, eiuſdemque ſignificationis, *ignis*, *lumen*: latet quoque,

ut

ut opinor, poſterior pronunciandi ratio in v. πυρ, *ignis*; voce Aegyptia nempe cum art. ⲡ a Graecis πῦρ pronunciata, nam art. Aegypt. ⲡ cum ceteris ⲫ ⲑ ϯ multis vocibus Graecis adhaerent, quibus interdum ſublatis, vera demum earum origo detegitur, ſimulque perſpicitur inepta grammaticorum ratio, qua ſaepius vocum origines conſtituerunt. Ex iis, quae dicta ſunt, haud obſcure colligitur, cui uſui ſint eiuſmodi nomina propria, quae ad linguam gentis, cui originem ſuam debent, illuſtrandam multum etiam conferre videntur. Sequens n. Πλαπιτ haud dubie cognomen eſt, cui etiam art. Aegypt. adhaeret; peregrini huius nominis cauſa, quod alibi deprehendi vix crediderim, locum inter ſpecimina exhibui.

Ibid. lin. 14. Αντουσις, απατωρ, γναφευς. Primum nomen huius lin., quemadmodum & praecedentis nova eſſe credo: huius lin. ſpecimen datum eſt ob nomen conditionis γναφευς, plene ſcriptum, quod in pluribus chartae noſtrae locis perſpicue legitur.

Ibid. lin. 15. Ηρακλης Ισκευς. Dubitari poteſt, utrum Ισβευς an Ισκευς legendum ſit, nam β & κ interdum aegre dignoſcuntur, poſterius tamen praeferendum eſſe videtur; ut autem omnes de lectione loci iudicare poſſint, locus inter ſpecimina exhibetur. N. Ισκευς, quod haud dubie Aegyptiae originis eſt, quemadmodum Πατκομις, Ανσωλις & multa alia, cognomen eſſe ſuſpicor, conf. col. VII. lin. 23. 29. & ult.

Ibid. lin. 20. Θεων, ελαιουργος. Ultima vox ελαιουργος. (*qui oleum facit*, *praeparat*) ut in ſpecimine cernitur, clare ac plene ſcripta eſt; formata eſt eodem modo, quo ceterae eiuſdem originis, voces, lexicis, in quibus deeſt, inſerenda. occurrit in fragm. VIII. lin. 4. ubi poſtremae eius literae conſpiciuntur; primae autem ſuperſunt in fragm. XVI. lin. 10.

Ibid. lin. 21. Μαλας, απατωρ, Ελενης. Locus clare legitur: primum nom. flectitur Μαλας, ανος, nam caſ. ſec. exhibet col. VI. lin. 4. Παραμμων Μαλανος.

Ibid. lin. 26. Νιλος, αρτυ κατασ.. Loci huius perdifficilis ſpeci-

Digitized by Google

ſpecimen exhibetur, in quo literae αϱτυ a ſequentibus ſciunctae eſſe videntur, ita ut αϱτυ καταϭ.. haud dubie duas voces conſtituant: literae καταϭ.. parum aut nihil differunt ab iis, quarum ſpecimen cernitur col. VI. lin. ult. IX. lin. 7. XII. lin. 15. eo quidem diſcrimine, quod nulla hic, ut ibi, adiuncta ſit nota comp. ceterum quomodo locus adeo obſcurus legendus ſit, ſtatuere nequeo. Notanda eſt ſcribendi ratio Νιλος, quae ab ea, quam lin. 16. Αϲιης Νειλου vidimus, variat. Sequentis lin. ſpecimen dedi, quia unicus locus eſt, in quo v. οινηλατης plene ſcribitur, in ceteris enim eo modo, quem in ſiglis chartae exhibui, ſemper exarata eſt.

Ibid. lin. 28. Καλλης Ανισωλις. N. Ανιτωλις etiam cognomen eſſe ſuſpicor atque Aegyptiae originis, quod ſolo hoc loco occurrit: locum, qui clare legitur, inter ſpecimina exhibuimus.

Ibid. lin. 31. Βαΰθλας Δημητϱιου. Primum nomen, quod clare legitur, ſolo hoc loco occurrit & originis Aegyptiae eſſe videtur; forma autem, ut ad col. III. lin. 9. monſtratum fuit, eſt Graeco-Aegyptia ſive Alexandrina. Veniam precor, ſi hic paululum a re propoſita digrediar, nam in eiuſmodi notis criticis, ne animus taedio adficiatur, varietas rerum neceſſaria eſt; ſpero autem ipſam digreſſionem eruditis lectoribus haud ingratam fore. Proferam nempe inſignem illam inſcriptionem Graecam, quae anno MDCCLXXXV. ex baſi ſimulacri cuiuſdam myſteriorum Eleuſiniorum hierophantis deſcripta fuit: ipſa hierophantis, cuius memoria hoc monumento ſacrata fuit, Hadrianum imperatorem, ut ipſa inſcriptio docet, myſteriis Eleuſiniis initiaverat. Simulacri hierophantis baſin cum inſcriptione Graeca in urbe, quae hodie Lepſina appellatur (ſitus antiquae Eleuſinis) primus detexit, atque e terra, ſub qua recondita iacebat, in lucem protrahi iuſſit Illuſtriſs. Riccardus Worsley, nobilis Anglus, qui anno elapſo ex itinere in Graeciam ſuſcepto Romam redux fuit. Huius inſcriptionis exemplum, quod cum Ampliſs. Praeſule Stephano Borgia communicatum erat, ipſe Praeſul ſolita humanitate, qua omnibus ſcientiis favet iiſque promovendis ſtudet, mihi hic deſcribendum dedit:

MH-

Digitized by Google

ΜΗΤΗΡΜΑΡΚΙΑΝΟΥΘΥΓΑΤΗΡΔΗΜΗΤΡΙΟΥΕΙΜΙ
ΟΥΝΟΜΑΣΙΓΑΣΘΩΤΟΥΤΑΠΟΚΛΗΙΖΟΜΕΝΗ
ΕΥΤΕΜΕΚΕΚΡΟΠΙΔΑΙΔΗΙΟΙΘΕΣΑΝΙΕΡΟΦΑΝΤΙΝ
ΑΥΤΗΑΜΑΙΜΑΚΕΤΟΙΣΕΓΚΑΤΕΚΡΥΨΑΒΥΘΟΙΣ
ΟΥΚΕΜΥΗΣΑΔΕΓΩΛΑΚΕΔΑΙΜΟΝΙΗΣΤΕΚΝΑΛΗΔΗΣ
ΟΥΔΕΤΟΝΕΥΡΑΜΕΝΟΝΠΑΥΣΙΝΟΣΟΥΣΑΚΕΣΕΙΣ
ΟΥΔΕΤΟΝΕΥΡΥΣΘΗΙΔΥΩΔΕΚΑΠΑΝΤΑΣΑΕΘΛΟΥΣ
ΕΞΑΝΥΣΑΝΤΑΜΟΓΩΙΚΑΡΤΕΡΟΝΗΡΑΚΛΕΑ
ΤΟΝΧΘΟΝΟΣΕΥΡΥΧΟΡΟΥΔΕΚΑΙΑΤΡΥΓΕΤΗΣΜΕΔΕΟΝΤΑ
ΤΟΝΚΑΙΑΠΕΙΡΕΣΙΩΝΚΟΙΡΑΝΟΝΗΜΕΡΙΩΝ
ΑΣΠΕΤΟΝΟΣΠΑΣΑΙΣΠΛΟΥΤΟΝΚΑΤΕΧΕΥΕΠΟΛΕΣΣΙΝ
ΑΔΡΙΑΝΟΝΚΛΕΙΝΗΣΔΕΞΟΧΑΚΕΚΡΟΠΙΑΣ

Μήτηρ Μαρκιανοῦ, θυγατὴρ Δημητρίου εἰμί·
οὔνομα σιγᾶσθω — τοῦτ', ἀποκληζομένη,
εὖτε με Κεκρόπιδαι Δηοῖ θέσαν ἱερόφαντιν,
αὐτὴ ἀμαιμακέτοις ἐγκατέκρυψα βυθοῖς. —
Οὐκ ἐμύησα δ' ἐγὼ Λακεδαιμονίης τέκνα Λήδης,
οὐδὲ τὸν εὑράμενον παυσινόσους ἀκέσεις,
οὐδὲ τὸν Εὐρυσθῆϊ δυώδεκα πάντας ἀέθλους·
ἐξανύσαντα μόγῳ, καρτερὸν Ἡρακλέα·
τὸν χθονὸς εὐρυχόρου δὲ καὶ ἀτρυγέτης μεδέοντα,
τὸν καὶ ἀπειρεσίων κοίρανον ἡμερίων,
ἄσπετον ὃς πάσαις πλοῦτον κατέχευε πόλεσσιν
(Ἀδριανὸν) κλεινῆς δ' ἔξοχα Κεκροπίας.

Mater Marciani, filia Demetrii ſum :
nomen ſileatur — hoc, ſecluſa (in adytis)
quando me Cecropidae Cereri conſtituerunt hierophantin,
ipſa in immenſis abdidi profundis. —
Ego quidem non initiavi Ledae Lacedaemoniae filios,
neque eum, qui morbos ſedantes invenit medelas,
neque eum, qui omnes Euryſtheo duodecim labores
cum moleſtia perfecit — ſtrenuum Herculem :
ſed eum, qui terrae ſpatioſae atque indomito (mari) imperat,
innumerorum principem mortalium,

qui

Digitized by Google

qui immenſas divitias in omnes diffuſit civitates
(Hadrianum) eximie autem in (urbem) inclytae Cecropiae.
Res inſigniores, quae in hac inſcriptione notatu dignae eſſe videntur, breviter enarrabo:

α) Notum eſt, initiationem myſtarum a myſteriorum Eleuſiniorum antiſtite, qui ιεροφαντης appellatur, ſolemniter peractam eſſe: inſigniora ſcriptorum teſtimonia, quae hoc probant, collegit Meurſ. in Eleuſ. cap. XIII. pag. 36. Novum igitur eſt, antiſtitam, quae hic ιεροφαντις vocatur, Hadrianum imper. myſteriis Eleuſiniis initiaſſe; nam vix crediderim exemplis probari poſſe, quod in gente Eumolpidarum iura ſacerdotii ad foeminas ſeſe extenderint.

β) Novimus ex inſigni loco Eunapii in Maximo, pag. 74. 75. myſtis iam initiatis nomen hierophantae proloqui nefas eſſe, en verba Eunapii, ab eodem hierophanta, quo Iulianus imp. initiati: Ως δε και ταυτα ειχε καλως (loquitur nempe de Iuliano, praeceptis Maximi & Chryſanthii iam inſtructo) ακουσας τι πλεον ειναι κατα την Ελλαδα παρα τῳ ταιν θεαιν ιεροφαντῃ, και προς εκεινον οξυς εδραμε· του δε ιεροφαντου, κατ᾽ εκεινον τον χρονον οστις ην, τουνομα ου μοι θεμις λεγειν, ετελει γαρ τον ταυτα γραφοντα, και εις Ευμολπιδας ηγε. *Nomen hierophantae, qui eo tempore erat, mihi dicere nefas eſt; nam haec ſcribentem initiavit & ad Eumolpidas duxit.* Quod autem ipſi hierophantae ab eo uſque tempore, quo myſteriis praeficiebatur, nomen ſuum eloqui prohibitum fuerit, iam primum ex hac inſcriptione diſcimus; niſi forte eiuſdem moris teſtimonia antiquitatis adſint, quae autem ignoro.

γ) Hierophantis dicitur *mater Marciani*, quod haud dubie de tempore, quod ſacerdotium huius foeminae praeceſſit, intelligendum eſt; nam ceteri hierophantae, ut notum eſt, auſteris caſtitatis legibus ſervandis obnoxii erant, conf. Meurſii Eleuſinia. In inſcript. Amyclaea (*Nouveau traité de diplom.* tom. I. p. 616.) matres quoque nominibus filiorum adſcriptis diſtinguuntur.

δ) Memorabile eſt, nullam in duobus mediis diſtichis Dionyſi initiationis, in mythologia Graeca adeo celebris, mentionem fieri, quam etiam auctor Axiochi claris verbis innuit (opp.

Digitized by Google

(opp. Plat. tom. III. p. 371.) Και τους περι Ηρακλεα τε και Διονυσον, κατιοντας εις Αιδου, προτερον λογος ενθαδε μυηθηναι, και το θαρσός της εκεισε πορειας παρα της Ελευσινιας εναυσασθαι. *Sermo eſt, Herculem & Dionyſum, priuſquam ad inferos deſcenderent, hic* (in regione Attica) *initiatos eſſe, illiuſque itineris ſuſcipiendi fiduciam animis ipſorum ab Eleuſinia inditam eſſe.* Dionyſum autem ante expeditionem Indicam myſteriis Phrygiis initiatum eſſe tradit Apollod. bibl. lib. III. pag. 175. ad quae Eurip. quoque adludit Bacch. v. 78. & ſeqq. De initiatione Dioſcurorum, Aeſculapii, & Herculis, cuius inſcriptio meminit, conf. teſtimonia collecta in Meurſ. Eleuſ. cap. XIX.

ε) Duo ultima diſticha mores iſtius aetatis egregie depingunt; continent enim ſervilem quandam adulationem, quam Graecia, tunc temporis ſui oblita, & diu ſub iugo ſuperbientium tyrannorum depreſſa ſibi familiarem reddiderat; illuſtrant autem Aurel. Victorem de Caeſaribus pag. 542. qui haec in laudem imperatoris adfert: *Ceremonias, leges, gymnaſia, doctoreſque curare occoepit, adeo quidem ut etiam ludum ingenuarum artium, quod Athenaeum vocant, conſtitueret; atque initia Cereris Liberaeque, quae Eleuſinia dicitur, Athenienſium modo Romae percoleret.* Hadrianus enim in primo itinere, quod, ad imperatoriam dignitatem iam evectus, per Graeciam & Orientem ſuſcepit, ſecundum Euſebii chron. ad prima myſteria Eleuſinia admiſſus eſt an. imperii IX. a Chr. nat. CXXVII. *Hadrianus ſacris Eleuſinae initiatus multa Athenienſibus dona largitus eſt.* (opp. D. Hieronymi tom. VIII. part. I. pag. 705. ed. Vallarſ.) Secundo autem itinere ſecundis myſteriis initiatus eſt an. imp. XV. a Chr. nat. CXXXIII. *Hadrianus, Athenis hyemem exigens, Eleuſinam inviſit.* ibid. pag. 709. ubi Salmaſius legit: *Eleuſina* vel *Eleuſinia* (ſc. myſteria) *inviſit.* hanc Salmaſii coniecturam egregie confirmat alius locus, huic ſimilis, ibid. tom. II. part. II. pag. 862. de viris illuſtribus: Και ηνικα Αδριανος εν Αθηναις εχειμασεν, εν Ελευσινι γενομενος, και παντα σχεδον τα της Ελλαδος μυστηρια μυηθεις, δεδωκεν αφορμην, & rel. quem locum Hieronymus ita vertit: *Quumque Hadrianus Athenis exegiſſet hyemem, inviſens Eleuſina & omnibus pene Graeciae ſacris initiatus,*

tus, & rel. verbum *inviſere* ap. Euſebium translatum eſſe videtur ex Graeco εποπτευειν, quod de ſecunda Eleuſiniorum initiatione adhiberi ſolebat, quemadmodum μυεισθαι de prima. Ex his ergo patet Euſebium aut eius interpretem duas Hadriani initiationes ſtatuiſſe, inter utramque (μυησιν nempe & εποπτευσιν) ſexennio ſolito elapſo. Credo autem cum Salmaſio Euſebium, aut potius Hieronymum, diſſenſum variaſque chronologorum opiniones circa annum initiationis Hadriani hoc modo inter ſe conciliaſſe; huic enim iteratae initiationi adverſantur non modo ſcriptores vitae Hadriani, Dio nempe & Spartianus, qui ambo de una ſola initiatione loquuntur, ſed & Syncellus pag. 278. qui ſolius initiationis, an. imp. IX. factae, his verbis meminit: Αδριανος, παραχειμαζων εν Αθηναις, μυειται τα Ελευσινια. *Hadrianus, dum per hyemem Athenis moratur, Eleuſiniis myſteriis initiatur*.

His iam praemonitis, pauca, quae circa dictionem huius inſcriptionis obſervatu digna ſunt, ſubiungam.

Quod ſtructuram attinet ſolita durities epigrammatum iſtius aetatis in hac inſcriptione mox animadvertitur; nam in primo & ſec. diſticho τουτ', αποκληζομενη, ευτε με Κεκροπιδαι & rel. dura ſunt atque ab elegantia & ſimplicitate melioris aevi aliena: duriora adhuc, quae in ult. diſticho leguntur: (Αδριανον) κλεινης δ' εξοχα Κεκροπιας. quae autem, ut infra monſtrabo, vitioſa eſſe ſuſpicor.

V. 2. Αποκληζομενη. Magnam ſenſus ambiguitatem efficit verb. αποκληζομαι vel αποκληϊζομαι, nam ſimplex κληϊζω duplicem vim habet: *claudo* aut *celebro*, *voco*. priori quidem ſenſu deducitur a κλεις ſive κληϊς *clavis*. poſteriori autem a κλεος *celebritas*, unde κλειω, κλεϊζω vel κληϊζω. Compoſita a κληϊζω *claudo* obvia ſunt, ut αποκληϊζομαι *excludor*, *ſecludor* in Herodoto aliiſque; compp. autem a κληϊζω vel κληϊζομαι *celebris fio*, *divulgor*, *nominor* mihi certe nondum obvenerunt; niſi forte apud Soph. Aj. maſt. v. 225. ubi chorus Salaminiorum nuntio Tecmeſſae, quod Aiax veſanus pecora Achivorum noctu trucidaverat, attonitus & contriſtatus animi ſui ſenſus ita exprimit:

Οιαν εδηλωσας ανδρος
αιθωνος αγγελιαν
ατλατον ουδε φευκταν —
των μεγαλων Δαναων
υποκληζομεναν,
ταν ο μεγας μυθος αεξει.
Qualem de viro impetuoſo
indicaſti famam
nec tolerandam nec averruncandam —
a primoribus Danaum
clam divulgatam,
quam rumor magnus adauget.

Video quidem vulgatam ſcribendi rationem (υποκληζομεναν) a cl. Brunckio, viro de textu Sophoclis inſigniter merito, in noviſs. Soph. editione ſervatam eſſe; at elegantior haud dubie ea eſt, quam H. Steph. in adnott. in Soph. primus propoſuit:

Των μεγαλων Δαναων
ὑπο κληζομεναν.

Interpres Gr. υπο Δαναων φημιζομεναν. Diviſim quoque legitur in uno cod. caeſar. Vindob. uno Caſanatenſi & eximio illo cod. bibl. Chigianae, qui, ex optimo exemplari deſcriptus, textum Sophoclis variis in locis egregie illuſtrat atque emendat.

Quum igitur verb. αποκληϊζομαι *vocor* ullibi deprehendi mihi incognitum ſit, eo ſenſu, quo obvium eſt, in verſione reddendum eſſe iudicavi; quod ſi autem ſignificatui *vocor*, *nominor*, idonea auctoritas adſit, tum locus ita vertendus eſt:

Nomen ſileatur —— *hoc*, *quo* (*olim*) *nominabar*,
quando me Cecropidae. & rel.

(Duobus primis diſtichis myſtica quaedam gravitas ineſt).

V. 3. ΔΗΙΟΙ. Haud memini ullibi deprehendiſſe nom. Cereris Δηω (cum iota ſubſcripto) novimus autem ex Etymol. M. v. Δηω, hocce nomen cum & ſine iota ſcriptum eſſe. Etymologici verba, quibus ex hac inſcriptione lumen & auctoritas concilіantur, adferam: Δηω· η Δημητηρ. και διφορειται (duplici modo ſcribitur) ως φησιν τεχνικος (vetus ille grammaticus,

Digitized by Google

cus, quem auctor Etym. compilavit) ουδε γαρ η παραδοσις το ητα μετα του ιωτα και χωρις (traditione ergo conſtabat nomen Δηω cum & ſine iota ſcribi). In ſequentibus autem variae huius ſcripturae rationes redduntur: Και ει μεν μη εχει το ιωτα, λεγει, οτι εστι παρα το δηω — ευρισκω (quia Cereri, filiam ubique quaerenti, obvii adclamabant δηεις i. e. ευρησεις *invenies*. aut quod Ceres frumenti culturam invenerit) ει δε εχει το ιωτα, λεγεται, οτι γεγονε παρα το δαιω, το κοπτω *pulſo*, *tundo*. Ionice autem pro δαιω dicitur δηω. cuius quoque derivationis ratio additur (nam in etymologiis fertiliſſima ſunt grammaticorum ingenia) και γαρ η Δημητηρ γη εστιν, η δε γη διακοπτεται εν τω αροτριασθαι. aut etiam a δαιω, *uro*, *accendo*. οτι μετα λαμπαδων εζητει την θυγατερα.

Diſcimus ergo ex hiſce grammaticorum nugis, olim ſcriptum eſſe Δηω & Δηω (cum & ſine iota) adeoque ΔΗΙΟΙ, quam ſcripturam inſcriptio exhibet, veram eſſe & cum auctoritate defendi poſſe.

V. 4. Αμαιμακετοις — βυθοις. Epith. αμαιμακετος hoc loci eodem ſenſu adhibetur, quo ap. Pindarum Pyth. od. I. v. 25. *Omnia, quae circa Iovem ſunt & ab ipſo amantur, Apollinis & Muſarum cantu ſummo voluptatis ſenſu perfunduntur:*

> Οσσα δε μη πεφιληκε
> Ζεὺς, ατυζονται βοαν
> Πιεριδων αϊοντα,
> γαν τε και ποντον κατ' αμαιμακετον —
> *Ea autem, quae Iupiter odit,*
> *ſive in terra ſint ſive in immenſo mari,*
> *audita Pieridum voce,*
> *terrore percelluntur & contremiſcunt —*

V. 6. Πανσινοσους ακεσεις. Epith. πανσινοσος eiuſd. formationis eſt ac πανσιλυπος & multa alia: elegans eſt, & in epigrammatibus deprehenditur, in lexicis autem deeſt.

V. 8. Εξανυσαντα μογῳ. Iunxi has duas voces: μογῳ (i. e. εν μογῳ) & εξανυειν· εκτελειν, *ad finem perducere*, *perficere*. Melius forſan iunxiſſem:

 — μογῳ

—— μογῳ καρτερον Ηρακλεα.

—— *Herculem in aerumnis ſtrenuum.*

V. 9. Ατρυγετης μεδεοντα. Heſych. μεδεοντα· βασιλευοντα. verbum eſt μεδω, μεδεω, & μεδευω, *dominor*, *impero*. ατρυγετης abſolute poſitum, ſubaudita voce θαλασσης, durum eſt, nec mihi ullibi obvenit. Obvium eſt ap. Homerum ατρυγετος αλς vel ποντος, ubi ατρυγετος (ut epith. maris) ſemper ſignificat: *qui nunquam fatigatur*, *nullae vi ſuccumbit*, *indomitus*. a Graeco interprete vis eius, ut plurimum, voce ακαταπονητος exprimitur.

V. 10. Απειρησιων — ημερεων. Voce ημεροι pro ανθρωποι, *mortales*, *qui brevis aevi ſunt*, tragici interdum utuntur, verum cum alia voce (ανθρωποι, γενος aut γεννα) unita, ut in Phoeniſs. Eurip. v. 125. ubi Antigona, truci regis Hippomedontis adſpectu obſtupefacta, ita exclamat:

Ε, ε — ως γαυρος — ως φοβερος
εισιδειν — γιγαντι γηγενετᾳ
ϖροσομοιος — αστερωπος
εν γραφαισιν, ουχι ϖροσφορος
  αμεριῳ γεννᾳ.

Eheu — quam ſuperbus — quam terribilis
adſpectu — giganti terrigenae
adſimilis — ſtellarum
in picturis nec ſobolis mortalis
ſpeciem referens.

Ημεριος autem per ſe poſitum, ut in hac inſcriptione, in epigrammatibus offenditur.

V. 12. Αδριανον. penult. brevis eſt, ut in epigrammatibus, in quibus occurrit, quod aliter eſſet ſecundum proſod. Latinam; huius quantitatis exemplum adferam ex inſcriptione ſtatuae Memnonis, a Pocockio deſcripta, in cuius inſcriptt. pag. 91. exſtat, emendatius autem ita legenda eſt:

Εκλυον αυδησαντος εγω Ποβλιος Βαλβινος
φωνας τας θειας Μεμνονος η Φαμενωφ·
ηλθον ομου δ' ερατᾳ βασιληϊδι τηδε Σαβινᾳ,
ωρας δε ϖρωτας αλιος εσχε δρομον·

κοιρα-

κοιρανω Αδριανω πεμπτῳ δεκατῳ ενιαυτῳ,
αματα δ' εσχεν αθυρ εικοσι και πισυρα.
Audivi ego Publius Balbinus cantantem
voce divina Memnonem ſeu Phamenoph.
Veni huc una cum amabili regina Sabina;
ſol autem primae horae curſum regebat,
Imperatoris Hadriani quinto decimo anno,
Athyr diebus viginti & quatuor elapſis.

Idem quoque de aliis eiuſdem terminationis nominibus valet, ut in primo verſu n. Μαρκιανος.

V. 12. Κλεινης δ' εξοχα Κεκροπιας. Duae adſunt rationes, quibus haec cum antecedentibus iungi poſſunt, aut cum verſu proxime praeced. hoc modo: ος κατεχευε πλουτον πασαις πολεσσιν, εξοχα δε Κεκροπιας (ſc. γης πολεσσιν) quam rationem quoque, utpote faciliorem, in verſione ſecutus ſum. Aut cum v. 10. ita ut iungantur: Αδριανον, απειρεσιων κοιρανον ημερων, εξοχα δε κλεινης Κεκροπιας. Quae, licet ob duritiem ſtructurae vix admitti poſſit, ſenſum tamen perelegantem efficit; notum enim eſt, Hadrianum, teſtibus quoque Dione & Spartiano, archontem Athenis creatum eſſe anno, ut videtur, imperii XV. Adluderet ergo ad hanc novam Hadriani dignitatem ult. pentametrum: neutra autem placet. Audivi equidem baſin in fine male conſervatam eſſe, literaſque paululum corroſas lectuque difficiles; hinc ſuſpicio facile oriri poteſt, fini inſcriptionis levius quoddam vitium ineſſe, quod forſan ita tollendum eſſet, legendo:

—— ΚΛΕΙΝΗΙΔΕΞΟΧΑΚΕΚΡΟΠΙΑΙ.
—— κλεινῃ δ' ἔξοχα Κεκροπίᾳ.

Sic cum verſu proxime praeced. facilius iungitur: κατεχευε δε πλουτον πασαις πολεσσιν, εξοχα δε κλεινῃ Κεκροπιᾳ (ſc. πόλει aut γῃ) *Profuſit quidem ingentes divitias in omnes urbes, praecipue autem in urbem Cecropiam.* Hadriani liberalitas in Athenas nota eſt.

Ab hac digreſſione, quae praeter conſilium nimis longa fuit, ad textum chartae redeundum eſt.

Ibid.

*Ibid. lin.*32. Ηβιλάχεις Ανισαειτος. Nomen patris, quod plene ſcribitur, Ανισαεις, ειτος flectitur, quemadmodum col.V. lin.30. omiſſis in fine literis ος ob loci anguſtiam: nova haec flectendi ratio ad dialectum Graeco-Aegyptiam referenda eſt, nam ſolita flexio eſſet Ανισαεις, ειτος. Eiuſdem formae ſunt Θιλακλεις col. XI. lin. 19. 24. Ηρακλεις ibid. lin. 29. Primum nomen, quod ſolo hoc loco occurrit, clare legitur.

Ibid. lin. 33. Πατρων, απατωρ, Θαναπναχεως. Primum nomen linea ſeq. exhibetur, in utroque autem loco lectio perſpicua eſt. Nominis matris quatuor priores literae cum nota comp. ſignantur, quarum ſcriptura in ſiglis exhibetur.

*Col. IX. lin.*1. Πρωτας Αβασκαντου, Nomen patris Graecum eſt, quod in inſcript. Gr. ap. Murator. tom.II. pag.645. n. 3. occurrit.

Ibid. lin. 3. Ζωϊλας Πρωτα. Exhibetur loci ſpecimen ob lituram, quae in primo nomine cernitur; ſcriba enim, nominis Ζωϊλος, quod in charta noſtra obvium eſt, exaratis tribus prioribus literis, errorem agnovit & emendavit: eiuſdem nominis duas priores literas exhibere videtur fragm. XII. lin.4.

Ibid. lin. 4. Ορσανουφις Ταφορσω. Terminatio nominis matris diſtincta eſt, atque col. XII. lin. 23. iteratur: haecce nominum Aegyptiorum terminatio ſaepius deprehenditur, ſic Παμβω, in Palladii hiſt. Lauſ. haud infrequens. Ευερσπω, col. XIII. lin. 10. ſuſpicor autem Ταφορσω eſſe gen. Graeco-Aegyptium a Ταφορσως, ut Αμμως, ω. Απολλως, ω. Varia loca ſunt, in quibus primo nomini (omiſſis ſolitis illis: απατωρ aut μητερος.) nomen matris continuo adiungitur, ut Παωφις Ταφορσαϊτ, col.III. lin.2. Αρπανσις Θιλακλεις, col. XI. lin. 24.

*Ibid. lin.*5. Πρωτας Ηρωνος, κουρευς. Ultima vox plene ſcribitur, quemadmodum col. III. lin. 26. cuius ſcriptura in ſpecimine loci cernitur. Iteratur in linea ſeq. numerus operariorum.

Ibid. lin. 7. Διϊκατωρος, ις Ισιδ. κατασ... Huius lineae ſcripturam, quae ſatis obſcura eſt, ſpecimen exhibet. Primum n. Διϊκαττωρ, quod col. XII. lin. 15. iteratur, perſpicuum eſt: etiam de lectione n. Ισιδος nullus dubito, nam ſcriptum eſt; ut

ut col. VII. lin. 28. cum nota compend. quae & in ſiglis cernitur. Literas ις, de quibus dubitari nequit, vocem ιερεως (notatis brevitatis cauſa prima & ultima litera) denotare valde probabile eſt; nec enim video, quid hae literae ante n. Ισις aliud ſignificent; legendum ergo eſſet: Δῦκκτ῞ερς, ιερεως Ισιδος. Hanc lectionem, quum haud exiguam probabilitatis ſpeciem habere videatur, in verſione reddidi; quod ſi autem vera ſit, memorabile eſt, ſacerdotem Iſidis hiſce operibus praefuiſſe. De literis, quae in fine cernuntur, quid ſentiam in nota ad col. VI. lin. ult. expoſui.

Ibid. lin. 9. Φαμενωθ β' εως ε' διωρυγ Φογημεως ανδρες ϞΒ'. Menſem Mechir ſequitur Phamenoth, a Coptis **ⲪⲀⲘⲈⲚⲰⲐ** ſcriptus, quae ſcribendi ratio hic ſervata eſt. ſubauditur, ut ſupra, vox απεργασαμενοι, quacum iungenda eſt vox διωρυγ pro διωρυγα a διωρυξ, in fine ob loci anguſtiam detruncata, litera γ ſupra lineam ſcripta. Eadem quoque, quae in praeced. catalogo, foſſa Phogemeos indicari videtur, cuius opus per tres dies continuatur (a die febr. XXVII. ad II. mart. anni ſixi) ita ut operarii huius & praecedentis catalogi, exiguo temporis ſpatio interiecto, ſibi ſucceſſiſſe videantur.

Ibid. lin. 10. Σαραπιων Φικε.. Datum eſt huius lineae ſpecimen ob ſcripturam ſecundi nominis, cuius finis intercidit: eiuſdem quoque initium col. III. lin. 29. ſervatum eſſe videtur, conf. not.

Ibid. lin. 14. Ευεργπους Ιαν.ς. Lectio Ευεργπους perſpicua eſt; idem nomen occurrit col. XIII. lin. 10. ſcribitur autem Ευεργπω, conf. not. ad lin. 4. Terminatio nominum Aegyptiorum in ους in charta Borgiana ſatis frequens eſt: Πτολλαρους, col. VII. lin. 4. Καλπους, ibid. lin. 23. Μετ῞ους, col. X. lin. 19. Ιους, col. XI. lin. 8. Τουους, col. XI. lin. 32. Secundi nominis mediae literae exciderunt.

Ibid. lin. 15. Ευτυχος Σαραπιωνος. Et hic ultimae literae ſec. nominis fere evanuerunt; reſtant tamen veſtigia.

Ibid. lin. 16. Ορσανουφις, λαχανοπωλης. Ultimae vocis, quae hic plenius quam in ceteris locis ſcripta eſt, ſpecimen in ſiglis exhibetur.

Ibid.

Ibid. lin. 17. Ηρων, οννλατης, μητρος ..νης. Primae literae nom. matris deletae ſunt, ex quarum veſtigiis nihil elicitur: idem quoque lin. 21. accidit.

Ibid. lin. 23. Ευδαιμων Τουρβωνος, διακων. Ultima vox, de qua ad col. VII. lin. 16. actum fuit, plene ſcripta eſt.

Ibid. lin. 25. Παωιτης, απατωρ, ματ. Ταο... In ſpecimine loci cernitur nota comp. quae ultimo nomini adiuncta eſt; nullus fere dubito, quin legendum ſit: μητρος Ταορσανουφιως. ſine nominis ob ſpatii anguſtiam omiſſo. Lit. α in ματ. ſine dubio vitioſa eſt; nam rationem non video, cur in ſolo hoc loco Dorice ſcriberetur.

Ibid. lin. 26. Πρωτας, απατωρ, Αρσινοης. Nomen matris, quod ſolo hoc loco occurrit, perſpicue legitur.

Ibid. lin. 27. Πανσις Οννωφριως. Obſervanda eſt varia pronunciatio art. Aegyptii in Πανσις & Πουνσις (col. II lin. 1. XII. lin. 29., &, ut ex claris veſtigiis patet, fragm. x. lin. 6.) quod haud dubie idem nomen eſt; in hoc enim art. ⲡ pronunciatur που, quod novum eſſe videtur, nec alibi deprehendi mihi notum eſt.

Varius ille vocalium ſonus, quem in nominibus Aegyptiis ſaepius advertimus, non omni ratione deſtitutus eſſe videtur, verum, ut multa indicia declarant, ad vivum pronunciationis Aegyptiae ſonum accommodatus; Aegyptii enim, ut reliquae orientis gentes, a quibus vocales non ſcribebantur, in uno eodemque vocabulo aut nomine ſonum ſaepius mutaſſe videntur, quem Graeco-Aegyptii, quantum quidem ipſis licuit, imitari conati ſunt. Eiuſmodi varietatis ſoni ſive permutationis vocalium charta Borgiana inſignia ſuppeditat argumenta, quae, quum indoli antiquae linguae Aegyptiae illuſtrandae inſerviant, hic in unum congeram. Incipiam igitur a vario ſono art. ⲡ, ⲫ, ϯ, ⲑ.

α) Art. ⲡ a Graeco-Aegyptiis & Coptis ut πι efferri ſolet; hinc Πιωρ, nom. Aegypt. in Pallad. hiſt. Lauſ. admodum frequens. Πισσιμιος, ibid. variis in locis. Πιαμουν, ibid. pag. 88. Πιτηρουμ, ibid. p. 95.

β) Eundem art. ut πε & πα in charta noſtra efferri

ad

ad col. II. lin. 4. pag. 46. notavimus ; exemplis autem, quae ibi collegimus, addi poſſunt Πισουας, col. XI. lin. 28. Πασωφις, col. III. l. 2. (procul dubio, ex ϩⲟϥ *aſpis*, unde Gr. v. οφις *ſerpens*) Παατις, nomen ſacerdotis Aegyptii ex Photii biblioth. cod. CXVI. pag. 355.

γ) Art. ⲡ nomini praefigitur, nulla intercedente vocali; hinc Πλευταμμων, col. IV. lin. 24. Πτολλαρους, col. VII. lin. 4. Πλαπιτ, col. VIII. lin. 12.

Notandum eſt, in charta Borgiana art. Aegyptium nullibi ex dialecto Memphit. πι pronunciari (nam in n. Πιικας, col. XII. lin. 4. ipſum nomen haud dubie eſt Ιγκας, ſola lit. π praefixa) verum πα, πε. τα, τε. φα, θα. Memphit. φ vel φα, θ vel θα raro occurrunt, &, ſi recte memini, in his ſolis: Φαμενωθ, Φαρμουθι, Φογημις, col. VII lin. 3. VIII. lin. 1. & in nominibus compoſitis, ut Αρφανλις, col. XII. lin. 10. ex ⲉⲣ & Φανλις, Τεφορσαϊτ, ex ϯ & Φορσαϊτ. Θαναπναχις. vid. not. ad col. I. lin. 5. pag. 45. Θανσις, col. I. lin. 14. Θασσως, col. III. lin. 18. Θερμουθ, col. VI. lin. 7. Θευδαιμων, col. IX. lin. 11. Θιλακλες, col. XI. lin. 19. 24. Unde patet, chartam Borgianam ad dialectum Saïdicam propius quam Memphiticam accedere.

δ) Art. ⲡ ut πυ efferri monſtratum eſt ex n. Πουησις, alias Πανσις, ex art. & Ησις compoſitum; n. Ησις autem idem eſt ac Ισις, nam Iſidis nomen a Graeco-Aegyptiis Ισις, Ησις & Ηϊσις ſcribitur, literis η & ι ob ſoni ſimilitudinem, ut ſaepius fieri ſolet, inter ſe permutatis, quae permutatio quoque in lingua Coptica frequentiſſima eſt; hinc in fragm. I. col. I. lin. 11. Πανσις ſcribitur Παϊσις, ο της Ισιδος, *Iſidis ſervus*, formatum eodem modo, quo Παατις, quod modo ex Photio protulimus. Ex iis, quae hic notata ſunt, facile quis ſuſpicabitur, inſcriptionem monumenti Quiriniani, ad col. V. lin. 1. pag. 58. explicatam, ita quoque ſcribi potuiſſe:

Φθωϋθ Ηϊσιδι, θεα μεγιστη, ϩ φαρσος ανεθηκε.

qua ſcribendi ratione difficultas terminationis nom. Φθωϋθη tollitur.

ε) Artt. πα vel φα, τα vel θα, πε, τε, πι. unam eademque vim habent, nec ulla alia re quam ſono differunt; emphaſin enim, quae vulgo art. Aegyptio tribuitur, quando pronunciatur πα vel φα, τα vel θα, habent quoque πι, πε & τε. ſic Πιωρ, ο του Ωρ aut ο του φωτος, *luminis cultor*. Πετεσουχ, ο του δικαιου, *iuſti ſervus*. Τεφορσαϊτ, η του φορσαϊτ, *filia Phorſaitis*. Hinc a Didymo Taurinenſi diſſentio, qui in Rudimento literat. Copticae p. 77. art. ⲡⲁ vel ⲫⲁ, a ⲡ vel ⲫ alium eſſe exiſtimat.

Huic commutationi accedunt aliae; commutantur enim α & ο. Occurrit in charta Borgiana n. Αρπαχρας, col III. lin. 9. IV. lin. 24. (forma Graeco-Aegyptia contracta, quemadmodum Διοζας, col. XI. lin 13. pro Διογενης. Σουχας, ibid. lin. 5. pro Σουχαμμων, col. XII. lin. 21. Sic & ap. Epiphan. haereſ. 25. n. I. Παρμενας, unus e VII. diaconis, ab Apoſtolis conſtitutis. Αλεξας pro Αλεξανδρος, idem de ponderibus n. 12.) Vix dubito, quin & n. Αρπαχρας ſit pro Αρπαχρατης, a ceteris Graecis Αρποκρατης ſcriptum, & in numo Aegypt. Muſei Borgiani Αρπωκρατης.

ο & α. Nomen Ορσανουφις (unde Ταορσανουφις, ambo in charta Borgiana frequentia) Βαρσανουφιος pronunciatur, vid. not. ad col. IV. lin. 1. pag. 55. nam lit. β, quae praefigitur, adſpiratio Aegyptia eſſe videtur, quam Graeco-Aegyptius hoc modo expreſſit.

ε & ο. Nomen Κελλαϋς ſive Κελλαϋτ, col. XI. lin. 4. ſcribitur Κολλαϋθ, col. X. lin. 26.

α, ε & η. Particula Aegypt. ⲉⲣ *origo*, *prima cauſa*, effertur ut αρ in Αρμιυσις, Αρπαησις, Αρπαχρας, Αρφαηλις, col. XII. lin. 10. Παραμμων, col. VI. lin. 4. ut ερ in Ερμης, ut ηρ in Ηραμμων, col. IV. lin. 12.

Quaedam nomina Aegyptia, ut videtur, patronymica fiunt, praemiſſa partic. ⲉⲣ *origo*, ut Αρμιυσις, *qui Miyſi originem debet*, *filius Miyſeos*. Αρπαησις, *filius Paëſeos*. Αρφαηλις, *filius Phaëleos*. Ηραμμων, *filius Ammonis*. eodem ſenſu quo ap. Graecos Αμφιτρυωνιδης, Τυδειδης, Πηλειδης & alia. Praefixis deinde articulis ⲡ aut ϯ, nomen nepotis aut neptis formatur,

tur ; hinc Παερμμων (ο του Αμμωνιδου) *Ammonis nepos*. Ταaρμιυσις (η του Μιυσιδου) *Miyſeos neptis*.

η & ω. Litera ω in Ζωϊλος, quod obvium eſt, permutatur cum η in n. Ζηϊλος, col. IX. lin. 3. & fragm. XII. lin. 4. quod a Ζωϊλος ſola forma ſive pronunciatione differt.

υ & ω. N. Μιυσις, quod multis in locis occurrit (ex quo Αρμιυσις & Ταaρμιυσις) ſcribitur Μιωσις, col. XI. lin. 4.

ω & ου. N. Οννωφρις (ex quo Ταοννωφρις, vid. not. ad col. V. lin. 1. pag. 60.) in libris, ut plurimum, Ονουφριος ſcribitur : pro Πωλιων, quod obvium eſt, legitur Πουλιων col. XI. lin. 28.

Nomina Πασις & Τασις, quae ſaepius occurrunt, ex Πανσις & Θανσις contracta eſſe videntur ; eiuſmodi enim vocalium contractiones in dialecto Graeco-Aegyptia ſive Alexandrina ſaepius offendimus ; hinc loco ψιαθος *teges* ſcribitur ψαθος, & ψαθοπλοκος *tegetarius*, pro ψιαθοπλοκος, ut infra monſtrabitur.

Ibid. lin. 28. Λασις, απατωρ, μητρος Σαεραπο. τ. Lectionem huius lin. ad col. III. lin. 31. pag. 53. reſtituimus. Haud obſcura ſunt in nomine matris veſtigia lit. υ, ita ut de lectione Σαεραπουτος nullus dubitem : reliqua diſtincte leguntur.

Ibid. lin. 31. Σερηνος, γναφευς. Vox γναφευς plene ſcripta eſt, quemadmodum & in pluribus locis, ut col. VIII. lin. 14. cuius exhibetur ſpecimen : eiuſdem vocis duae priores literae fragm. XXI. lin. 1. ſuperſunt, nam legitur : Ισιδωρος, γν.

Col. X. lin. 3. 4. Ευδαιμων Απιαχεως, τεκτων. Credebam initio, uncinum, qui in ſpecimine loci ante v. τεκτων clare cernitur, ex lit. α ſupereſſe, atque, quum trium fere literarum ſpatium intercedat, v. αρχιτεκτων olim ſcriptam eſſe ſuſpicabar ; video autem curvam iſtam lineolam ad lit. iota n. Ευδαιμων, quae interdum infra lineam incurvatur, pertinere, ita ut de veritate textus nullus dubitem.

Ibid lin. 5. Αρπαλος, απατωρ, Κρονουτ. Primum nom. in Aegypto frequens eſt, & ſaepius in charta noſtra occurrit. In fine leg. Κρονουτος, quemadmodum in lin. ſeq. Σαεραπουτος.

Ibid. lin. 9. Κρονιων, επ.. Ειρηναῖος, μητρος Ταεῦτος. Locus inter ſpecimina exhibetur, conf. not. ad col. VI. lin. 12. Nomen

 ma-

matris eſt Ταεῦς, idem quod Ταναῦς aut Ταπεῦς, col. IV. lin. 2. vid. not. ad col. IV. lin. 2. pag. 55.

Ibid. lin. 11. Καλαης, απατωρ, ονηλατης. Primum nomen exhibet, ni fallor, lin. ultima.

Ibid. lin. 12. Παυνητης Σαραπιωνος, ονηλατης. Mendoſe ſcriptum erat Παιητης, ſcriba autem, lit. υ inter α & η ſupra lineam notata, vitium calami correxit. Ult. vox ſolita ratione compendiaria ſcripta eſt. conf. ſpecimen.

Ibid. lin. 13. Πατερμουθ Ορσανουφεως, μητρος Τεφορσαΐτος. Litera φ in n. Ορσανουφις per ϥ Aegyptium exprimitur. vid. not. ad col. V. lin. 1. pag. 60.

Ibid. lin. 15. Πασις Ορσανουφεως, μητρος .. σουτ. Nominis matris poſtremae literae reſtant, ex quibus ſuſpicor, idem nomen, quod col. IV. lin. 22. exhibetur (Νεμεσουτος a Νεμεσους) huic loco reſtituendum eſſe.

Ibid. lin. 17. Πανουφις Ορσανου, μητρος Τεφορσαΐτ. In fine Τεφορσαΐτος. Ορσανος ſolo hoc loco exhibetur.

Ibid. lin. 19. Αθηνιων Διαρε.. Lego: Αθηνιων Διαρειος. (Διαρεις, ιος. ut Κερνις, ιος). Hanc enim lectionem nota compendiaria indicat.

Ibid. lin. 20. Ορσανουφις Ορσανουφ. In fine leg. Ορσανουφεως. Et hic n. Ορσανουφις cum ϥ ſcribitur.

Ibid. lin. 24. Πελλευς, απατωρ, μητρος Σαραπ... In fine leg. Σαραπιουτος.

Ibid. lin. 26. Περτας Πλουτ... μητρος Κολλαῦθ. Nomen patris ſine dubio eſt Πλουτιων, in charta noſtra obvium, cuius finis ob brevitatem omittitur. Nom. matris col. XI. lin. 18. iteratur, indicat autem lit. θ, lineae ſuperſcripta, flexionem Κολλαῦθος.

Ibid. lin. 28. Αυνης Σοσιφαΐτ. N. Σοσιφαΐτ perſpicue legitur, in quo nullum adeſt flexionis indicium.

Ibid. lin. 33. ..ης, απατωρ, μητρος Ταρμιυσεως. Quatuor priores literae primi nominis fere deletae ſunt: n. Καλαης, quod lin. 11. clare legitur, huic loco reſtituendum eſſe videtur.

Col. XI lin. 1. Διδυμος, απατωρ, μητρος Θεοδουτ. In fine leg. Θεοδουτος. conf. col. XII. lin. 13.

Ibid.

Digitized by Google

Ibid. lin.. 2. Διονυσιος, *καλαμευ*.. Fini ult. vocis, ut in ſpecimine cernitur, ſuperſcripta eſt nota comp. qua ſine dubio omiſſa ſyllaba της indicatur, ita ut lectio καλαμευτης ſatis certa ſit: quaenam vis huic voci, quae & in ſeqq. lineis perſpicue legitur, tribuenda ſit, dictu difficile eſt. In lexicis vulgo καλαμευτης· θεριστης, *meſſor*. ſignificatus autem, quem auctor Etymol. M. ſervavit: Καλαμευτης· ο αλιευς, αλλα κυριως ο τοις καλαμοις αλιευων. *Piſcator, proprie qui arundine piſcatur*. huic loco magis convenire videtur; in urbe enim ad Nilum ſita multos huic vitae generi deditos vixiſſe veroſimile eſt. In ſeq. linea leg. Κρονις, καλαμευτης.

Ibid. lin. 4. Μιωσις, καλαμευ.. μητρος Κελλαϋτ. Primum nomen diverſam tantum pronunciationem eſſe n. Μιυσις, ad col. IX. lin. 27. monui, quod & de Κελλαϋτ & Κολλαϋθ ſtatuendum eſſe opinor. Locus ita reſtituendus eſt: Μιωσις, καλαμευτης, μητρος Κελλαϋτος. flexio ſec. caſ. litera τ, lineae ſuperſcripta, indicatur.

Ibid. lin. 5. Σουχας Ηερφνος. Priores literae primi nominis paulo obſcuriores ſunt; huic obſcuritati autem col.XII. lin.21. lucem adfundit, ubi in n. Σουχαμμων ſimilem literarum ου formam offendimus. Formam Graeco-Aegyptiam Σουχας pro Σουχαμμων ad col. IX. lin.27. obſervavimus; notandum porro eſt, nomina Σουχας, Σουχαμμων, Πετεσουχ vel Πετεσουχος (col.V. lin. 24. VIII. lin. 3.) a voce ⲤⲞⲨϪ. vel ⲤⲞⲨϪⲒ, quam Kirchero debemus, oriri. Vox ⲤⲞⲨϪⲒ (Ebr. צדק) *iuſtus*, ab Aegyptiis certo crocodilorum generi, quod innocuum erat, tribuebatur, quod & locus ex Damaſcii vita Iſidori ap. Photium cod. CCXLII., quem hic ſubiungam, innuit: O ιπποποταμος, αδικον ζωον, οθεν και εν τοις ιερογλυφικοις γραμμασιν αδικιαν δηλοι· τον γαρ πατερα αποκτεινας βιαζεται την μητερα. ο σουχος δικαιος (ονομα δε κροκοδειλου και ειδος ο σουχος) ου γαρ αδικει ζωον ουδεν. *Hippopotamus, iniuſta bellua, unde & in hieroglyphicis literis iniuſtitiam ſignificat, patre enim occiſo matrem violat: Suchus vero iuſtus eſt (nomen crocodili & ſpecies) nullum enim animal laedit*. Alias proprium crocodili nomen eſt ⲈⲘⲤⲀϨ, ap. Herodot. lib.II.

Digitized by Google

lib. II. 69. χαμψα, praefixa lit. adſpirata χ, qua ſine dubio adſpiratio Aegyptia exprimitur.

Ibid. lin. 7. Παννιαλις Μιυσιος. Primum nomen exhibet lin. ult., ubi etiam perſpicue legitur. N. Μιυσις flectitur Μιυσιος, alias Μιυσεως.

Ibid. lin. 8. Ιους, ψαθοπλοκος. Ipſum nomen clare legitur cum v. ψαθοπλοκος, quae huius operarii artem & conditionem indicat; eiuſdem vocis duae priores literae in fragm. XXII. lin. 9. ſupereſſe videntur. Scriptum eſt ψαθοπλοκος, *qui tegetes facit*, pro ψιαθοπλοκος, ex dialecto Graeco-Aegyptia, quemadmodum ψαθος *ſtorea*, *teges*, pro ψιαθος per craſin. vid. Cangii gloſs. v. ψαθα. Hinc & ψαθοπλοκος *tegetarius* vertitur.

Ibid. lin. 9. Στεχινις Κρονιωνος. Primum nomen, quod ſolo hoc loco occurrit, perſpicue legitur.

Ibid. lin. 13. Διογας Ηρακλεου, μητρος Πρωτ. Nomen matris eſt Πρωτας, quemadmodum col. VII. lin. ult. ita ut legendum ſit: μητρος Πρωτα. Primum nomen Διογας contractum eſt ex Διογενης, ut Ηρακλας ex Ηρακλειδης. vid. not. ad col. IX. lin. 27.

Ibid. lin. 14. Ορσανουφις Μεττιου. Legi poteſt Ματτιου, hic enim α ab ε aegre dignoſcitur.

Ibid. lin. 15. Παμουνις, απατωρ, Σαραπ... In fine leg. Σαραπιουτος.

Ibid. lin. 17. Μωρος Α..κ. Nomen patris, mediis eiuſdem literis deperditis, legi nequit; probabile autem eſt ſcriptum fuiſſe Ανσαιτος ab Ανσαις, quod aliquoties occurrit. Linea ſeq. bene conſervata eſt.

Ibid. lin. 19. Μισπας Απναχ.... Θιλακλης. De primo nomine paulo incertus ſum, ſitne Μιϊπας an Μισπας, nam ι & σ hic aegre diſtinguitur; poſterius tamen praeferendum eſſe videtur. Locus ita reſtituendus eſt: Μισπας Απναχεως, μητηρ Θιλακλεις. Sic quoque contra morem nomen matris in caſu recto exhibetur lin. 24. & col. XII. lin. 2. ubi legitur: Πατερμουθ Α.ιτ. μητηρ Τανουφις. N. Θιλακλεις non flectitur, eiuſdem autem formae eſt ac Ηρακλεις, lin. 29. Ανσαεις, conf. not. ad col. VIII. lin. 32.

Ibid. lin. 22. Ανταεις Πωλιωνος. Primum nomen, quod perſpicue legitur, ſola haec lin. exhibet.

Ibid.

Digitized by Google

Ibid. lin. 24. Αρπανσις Θιλακλας. Linea haec aliena manu emendata eſſe videtur; nam a prima manu ſunt literae Θιλακ, a ſecunda λας, quae a ceteris, ut ipſum ſpecimen arguit, evidenti ſcripturae diverſitate facile dignoſcuntur.

Ibid. lin. 26. Πρωτας, αλ.. Adiunctae vocis duae priores literae cum nota comp. qua plurium ſyllabarum omiſſio indicatur, perſpicuae ſunt: vix crederem has literas initium eſſe v. αλιευς, *piſcator*. Specimen loci exhibuimus. Linea ſeq. clare legitur.

Ibid. lin. 28. Πετουας Πουλιωνος. Nomen patris ſolo hoc loco ſcribitur Πουλιων, alias Πωλιων. vid. not. ad col.IX. lin.27.

Ibid. lin. 29. Ηρακλας Πομβα, μητρος Τεφορσαϊτος. Nomen patris more Graeco-Aegyptio flectitur a Πομβας, quod Aegyptiae originis eſſe videtur. Nomen matris hic & col.X. lin.14. plene ſcriptum eſt.

Ibid. lin. 31. Αννης Κρονιος, επ.. Πελου... In literis επ litura eſt, quae & in ſpecimine loci cernitur; ſcriba enim, ſolitis literis απ (i. e. απατωρ) rapida manu exaratis, errorem advertens α in ε mutavit. Ult. nominis duae priores ſyllabae ſcriptae ſunt, reliquae autem nota comp. indicatae; quodnam fuerit, neſcio.

Ibid. lin. 33. Παννιαλις Ορσανουφι. In fine leg. Ορσανουφιος ab Ορσανουφις. Primum nomen exhibet quoque lin. 7.

Col. XII. lin. 1. Πενις Ηρακλεου. Primum nomen ſcribitur Πενς & Πεννις col. XIII. lin. 14.

Ibid. lin. 2. Πατερμουθ Α.ιτ. μητηρ Τανουφις. Nomen patris ſine dubio idem eſt, quod col. V. lin. 31. exhibetur, ita ut legendum ſit: Αβυϊτος. ab Αβυϊς, nomen Aegyptiae originis; reliqua perſpicua ſunt.

Ibid. lin. 4. Πρωτας Πινκατ. μητρος Ρωσιτος. Nomen patris eſt Πινκας, quod ſolo hoc loco deprehenditur, adeoque legendum eſt: Πρωτας Πινκατος. Nomen matris plene ſcriptum eſt.

Ibid. lin. 6. Πωλιων, αγχο. μητρος Τασιτος. In fine ſec. vocis, ut in ſpecimine cernitur, ſignata eſt nota comp. Eſſetne αγχορος *conterminus*, *urbi vicinus*? nihil affirmare auſim. Polion dici potuit αγχορος, quod non, ut ceteri omnes, in

in ipſa Ptolemaïde ſed extra eandem in agro vicino habitaverit.

Ibid. lin. 7. Παμουτις Πρωτα, κ.. Primum nomen Παμουτις (*ſervus mortis* a ⲙⲱⲩⲧ) ſola haec linea exhibet. De ult. lit. κ. cum nota comp. nihil certi ſtatuere poſſum; interea, quum eandem ſcripturam in fragm. XX. deprehenderim, vocem κουρευς *tonſor* (prima ſua litera ob loci anguſtiam ſignatam) legendam eſſe ſuſpicor; alias v. κουρευς ubique plene ſcribitur.

Ibid. lin. 10. Αντωνις Αρφαηλεως. Obſervanda eſt forma Graeco-Aegyptia Αντωνις, Αντουσις & Ανταχις. N. Αρφαηλις, cui art. ⲫ & partic. ⲉⲣ praefiguntur, Aegyptiae originis eſt.

Ibid. lin. 11. Ορσανουφις Κερκυ.. Nota comp. ſec. nomini adiuncta in ſpecimine cernitur: ſuſpicabitur quis legendum eſſe Ορσανουφις Κορκυραιος aut Κερκυραιος, *Corcyraeus*, ita ut patria Orſanupheos indicata ſit. Vel, Ορσανουφις Κερκυραιου, *Orſanuphis*, *filius Corcyraei*, patre a patria ſua denominato. In re tam dubia nihil ſtatuimus.

Ibid. lin. 12. Πρωτας Σεκενευτ. leg. Σεκενευτος a Σεκενευς, quod ut Ταυευς aut Ταευς, ευτος. col. X. lin. 10. flectitur.

Ibid. lin. 13. Πρωτας, απατωρ, Θεοδουτ. Legendum eſt, ut col. XI. lin. 1. Θεοδουτος, ibi autem clarius legitur.

Ibid. lin. 15. Διϊκαττοερος, ις Ισι.. αταϲ.. Hic locus col. IX. lin. 7. ubi eandem ſubſcriptionem habuimus, non illuſtrat, in fine enim, ut ex ſpecimine patet, minus bene conſervatus eſt; initium autem: Διϊκαττοερος ις Ισι. paulo clarius legitur.

Ibid. lin. 16. Φαρμουθι ε' εως θ' ανδρες λε'. Menſem Phamenoth ſequitur Pharmuthi, qui die XXVII. Mart. init, ita ut opus, quatuor diebus (a d. I. Apr. ad V.) elapſis, finitum ſit. Haud improbabile eſt, & hic de foſſa Phogemeos (col. VII. lin. 3.) ſermonem eſſe, quapropter locum ita ſupplendum eſſe arbitror: φαρμουθι ε' εως θ' φογημεως διωρυχα απεργασαμενοι ανδρες λε'. *A die* V. *Pharmuthi ad* IX. *in foſſa Phogemeos operati ſunt viri* XXXV. Litera ω partic. εως, ut in ſpecimine cernitur, excidit, eam autem, quum clara veſtigia adſint, in textu poſui. Congruit

Digitized by Google

gruit num. XXXV. ſi primus excipiatur, cuius nomen tardius, finito catalogo, inſertum eſſe videtur.

Ibid. lin. 18. Θαρι Πτολεμαι. Leg. Πτολεμαῖος. Male e textu omiſi poſtremas literas ος, in charta noſtra ſatis perſpicuas. Primum nomen Aegyptium eſt, nec alibi occurrit.

Ibid. lin. 19. Πωλιων, απατωρ, μητρος Τα.ιτ. In nomine matris σ excidiſſe videtur, ita ut legendum ſit Τασιτος. Idem nom. integrum ſervavit lin. 6. eiuſdem formae ac Πασις pro Πανσις. vid. not. ad col. IX. lin. 27.

Ibid lin. 21. Σουχαμμων Μιυσεως. Primum nomen perſpicue legitur, ex quo ſine dubio forma contracta Σουχας, col. XI. lin. 5.

Ibid. lin. 22. Κατατις Ορσεως. N. Κατασις, quod perſpicue legitur, alibi deprehendi vix crediderim. N. Ορσευς, col. VIII. lin. 12. exhibetur.

Ibid. lin. 23. Πακηκις Τουρβωνος. Perſpicua huius loci ſcriptura confirmat lectionem col. IV. lin. 6. de qua diu dubitabam. Ratio compend. qua Τουρβωνος ſcribitur, in ſiglis exhibetur.

Ibid. lin. 24. Νιλος Τεφορσω. Et hic, ut in nonnullis aliis locis, quos ſupra laudavimus, primo nomini nomen matris mox adiungitur. N. Τεφορσω, quod genet. Graeco-Aegyptius a Ταφορσως eſſe poteſt, exhibet quoque col. IX. lin. 4. nam forma Graeco-Aegyptia in ως duobus modis flectitur: Θαισως, ω & ωτος Απολλως, ω & ωτος (cum circumfl.).

Ibid. lin. 26. Ακωνις ⳨ειν.υ.. Nomen patris legi nequit, nam mediae literae evanuerunt; eiuſdem fini, ut in ſpecimine cernitur, nota comp. ſuperſcripta eſt. Primum nomen, quod col. VII. lin. 30. vidimus, perſpicue legitur.

Ibid. lin. 27. Ορσανουφις Παζερυτ. In fine leg. Παζερυτος a Παζερυς, quemadmodum col. V. lin. 13. Παζερυτιος a Παζερυτις, nomina Aegyptia unius eiuſdemque originis.

Ibid. lin. 28. Πουησις, απατωρ, Ευδαιμονιδ. In fine leg. Ευδαιμονιδος ab Ευδαιμονις, nom. mul. De primo nom. vid. not. ad col IX. lin. 27.

Ibid. lin. 29. Κερνιων Τουρβωνος. Nom. patris plene ſcriptum eſt, conf. lin. 23.

Ibid. lin. 31. Κρονιων Παυητητ. In fine leg. Παυητητος a Παυητης, quod obvium eſt.

Ibid. lin. 33. Ορσευουφις Πασι. N. Πασις duobus modis a Graeco-Aegyptiis flectitur: Πασις, ι & ιτος. utriuſque flexionis charta Borgiana exempla ſuppeditat. conf. col. V. lin. 31. XII. lin. 30.

Col. XIII. lin. 1. Πα.ης. Huius columnae dimidia pars perdita eſt, ita ut prima tantum nomina legantur. In hac lin. n Παυητης ſcriptum fuiſſe videtur.

Ibid. lin. 2. Ορσευς Ηρ.. Leg. Ηρωνος aut Ηρακλεους.

Ibid. lin. 4. Μιυσις Απν... Leg. Μιυσις Απναχεως. N. Απναχις obvium eſt.

Ibid lin. 5. Ηρακλης Πλ... Leg. Ηρακλης Πλουτιωνος aut Πλουσαμμονος. Literae, quas in textu poſui, clarae ſunt.

Ibid. lin. 6. Πορτας Π... Forte: Περτας Πασιτος. Syll. πα veſtigia cernuntur.

Ibid. lin. 7. Ευδαιμων. Poſt ipſum nomen haud obſcure cernitur prima lit. v. απατωρ.

Ibid. lin. 8. Ορσευς, ον.. Leg. Ορσευς, ονηλατης.

Ibid. lin. 9. Μωρος, δο.. Leg. Μωρος, δουλος. Sequebatur ſine dubio nomen heri. conf. col. I. lin. 12. II. lin. 8. 10.

Ibid. lin. 10. Ευερσπω. Idem quod Ευερσπους col. IX. l. 14. Terminatio clara eſt, quam in nominibus Aegyptiis haud raram eſſe, ſupra monſtratum eſt, ſic Παμβω ap. Pallad. in hiſt. Lauſ. idem haud dubie, quod Παβωϊς, col. XI. lin. 18. nam vera terminatio Aegyptia eſt Παβω, cui deinde acceſſit terminatio Graeco-Aegyptia ις, ut Θερμουθις, Παμουνις, Παμουτις ex Θερμουθ, Παμουν, Παμουτ.

Ibid. lin. 13. Κοπρης, α.. Leg. Κοπρης, απατωρ. Clara ſunt lectionis veſtigia. vid. col. VI. lin. 2.

Ibid. lin. 14. Πενις Π.. Sec. nominis prima tantum lit. clare cernitur; primum autem col. XII. lin. 1. Πενις ſcriptum eſt. Eiuſmodi reduplicationem ſaepius offendimus, ut Λουπτος, Κολλουθος & alia. Ex literis, in ſeq. linea reſtantibus, nihil colligo.

Ibid. lin. 16. .αι.υς. Charta hic paululum detrita eſt, ita

ita ut linea haec cum ſeq. legi nequeat : ſuſpicor ſcriptum eſſe n. Ναιραυς, quod col. XI. lin. 16. exhibetur.

Ibid. lin. 18. Σ . ρα . . Leg. Σαραπιων.

Ibid. lin. 19. Παχνις. Dubius ſum, ſitne Παχνις an Πεκνις, nam α med. ab ε interdum difficile dignoſcitur; diſcrimen autem in hoc tantummodo conſiſtit, ut in Παχνις art. pronuncietur πα, in Πεκνις, πε. In fine cernitur initium v. απατωρ.

Ibid. lin. 20. Ανδρες. Numerus facile reſtituitur, nam ανδρες λε' col. XII. lin. 17. repetitur.

Ibid. lin. 21. Φαρμ . . ε' ε . . Scriptura loci inter ſpecimina exhibetur. Locus ita reſtituendus eſt : Φαρμουθι ε' εως. Hic & in ſeq. titulo idem tempus notatum deprehendimus, ſic ut operarii huius & praecedentis catalogi in iiſdem laboribus conſociati fuiſſe videantur.

Ibid. lin. 22. Ομοι . ε. Leg. Ομοιως εως. conf. ſpecimen.

Ibid. lin. 23. Αρπαλος, δ . . Leg. Αρπαλος, δουλος. ſequebatur nomen heri.

Ibid. lin. 25. Ο . . ε' εως ι'. Leg. Ομοιως ε' εως ι'. Loco Φαρμουθι notata eſt prima lit. v. ομοιως. In ſeq. lin. num. operariorum excidit.

Ibid. lin. 27. Πτολεμαϊς . . . Perſpicue legitur ut & col. V. lin. 6.

Ibid. lin. 31. Πασις Πο . . Leg. Πασις Πουησεως (col II. lin. 1.) aut Πουλιωνος (col. XI. lin. 28.) nam veſtigia lit. υ in fine haud obſcura ſunt,

Ibid. lin. 33. Νιλος Μαρ . . Leg. Νιλος Μαρωνος. conf. col. XII. lin. 33.

Ibid. lin. 35. Σαραπιων, α . . Leg. Σαραπιων, απατωρ : Quemadmodum & in lin. ſeq. Αηωνις, απατωρ.

ADNOTATIO CRITICA

IN FRAGMENTA EIUSDEM CHARTAE PAPYRACEAE.

FRAGM. I.

Col. I. lin. 5. . νδρες ιδ'. Ex quinque praecedentibus lineis nihil elicitur; in hac autem leg. ανδρες ιδ'. Incipit novus catalogus, qui num. XIV. operariorum complectitur.

Ibid. lin. 6. . . ννιανης. Finis cuiuſdam nominis; primae literae deletae ſunt. In lin. ſeq. initium nom. matris ſervatum eſt.

Ibid. lin. 8. . . νου, χηνοβ . . Servata eſt terminatio nom. patris, cuius filius erat χηνοβοσκος, *anſerarius*, *anſerum paſtor*, nam ſic legendum eſſe exiſtimo. Exhibetur in ſiglis ſcriptura vocis.

Ibid. lin. 9. . . αισιος. Ante has literas cernitur veſtigium lit. Π, ita ut legendum ſit Παϊσιος (a Παϊσις iuxta flex. Δημητεις, ιος. Οςσανουφις, ιος) quod idem eſſe videtur ac obvium illud Πανσις, vid. not. ad col. IX. lin. 27.

Ibid. lin. 11. . . ν φιλαδελφος. Litera ν ad nomen, quod praeceſſit, pertinet: ipſi nomini adiunctum eſt cognomen φιλαδελφος, cuius ſcriptura in ſiglis exhibetur. Voces lin. ſeq. perſpicuae ſunt.

Col. II. lin. 1. Παχ . . . Novus incipit catalogus; literae autem, quae hic ſuperſunt, eo loco, quo ſolito more tempus operis indicatur, ſcriptae ſunt. Hinc divinatu haud difficile eſt, ſervatas eſſe primas literas menſis Pachon, in dialecto Theb. ⲡⲁϣⲱⲛⲥ, a Graecis παχων nominati; quodque eo probabilius eſt, quum Pachon, qui d. XXVI. Apr. init, ceteros in charta noſtra praecedentes proxime ſequatur. Unde ratio quoque perſpicitur, cur hoc fragmentum primo loco poſuerim.

Ibid.

Digitized by Google

Ibid. lin. 2. Ανδ... Leg. ανδρες. numerum adnexum perdidimus; facile autem reſtitui poteſt, nam poſt nomina octo operariorum novus catalogus incipitur.

Ibid. lin. 3. Αργ.. Literae clarae ſunt; quid autem olim ſcriptum fuerit, monſtrat fragm. IV. lin. 7. ubi integra eſt lectio αργαλιδιας, iuncta cum v. διωρυξ *foſſa*, moleſtiae operis ſignificandae cauſa. Magnam igitur veri ſpeciem habet, haſce literas, ſimili loco poſitas, initium eſſe vocis αργαλιδιος, a Graeco-Aegyptiis, ut videtur, pro αργαλεος, *arduus*, *moleſtus*, uſurpatae. V. αργαλιδιος in lexicis deeſt; eiuſdem vocis initium exhibet fragm. IV. lin. 2.

Ibid. lin. 4. Τουρβ. Leg. Τουρβων, & in ſeq. lin. Πρωτας.

Ibid. lin. 6. Ωσις Π... Primum nom. ſolo hoc loco occurrit. In ſeq. lin. n. Κρονις perſpicuum eſt.

Ibid. lin 8. Αιλουρ.. Cernitur in fine dimid. lit. α, ita ut ſcriptum fuerit Αιλουρας, quod & col.VI. lin.27. exhibetur. Ex lineis, quae ſequuntur, nihil colligitur; literae autem, quas in textu notavi, clarae ſunt.

FRAGM. II.

Col. I. lin. 4. ..ασ.. Satis perſpicua ſunt veſtigia ſubſcriptionis, quam col. VI. lin. ult. IX. lin. 7. & XII. lin. 15. offendimus. Ante ασ. cernitur veſtigium lit. τ, fini adiuncta eſt ſolita nota comp. Conf. not. ad col, VI. lin. ult.

Ibid. lin. 5. ως ιε'. In novi huius catalogi initio nomen menſis una cum die incepti operis excidit, dies autem, qua finitum fuit, reſtat. Leg. εως ιε'. *uſque ad diem* XV.

Ibid. lin. 6. Λαιφι.. Praeceſſit, ni fallor, ſolita nota comp. v. μητρος, in fine autem ſignatur nota comp. omiſſae terminationis ος, ita ut legendum ſit μητρος Λαΐφιος, *matre Laïphe*. N. Λαΐφις nullibi alias offenditur.

Ibid. lin. 9. .σιτος. Sine dubio terminatio nom. Πασιτος a Πασις.

Ibid. lin. 11. .θο... Duae hae literae, nota comp. duarum aut plurium ſyllabarum ſignatae, diſtincte leguntur: vo-

vocis ψαθοπλοκος, *tegetum textor*, quam col. XI. lin. 8. exhibet, reliquias eſſe ſuſpicor.

Col. II. lin. 1. Απ. ιϑ' ε.. Incipit novus catalogus, in quo menſis praecedentis catalogi ſubauditur: notatur tantum dies operis inchoati, nam legendum eſt: Απο ιϑ' εως. *a die* XIX. *uſque ad*. lit. ο praep. απο deleta. In ſeq. linea perſpicua eſt v. διωρυχ pro διωρυχα aut διωρυχας (ſc. απεργασαμενοι) in foſſis igitur aut reparandis aut fabricandis opus conſtitit.

Ibid. lin. 3. Πεε.... Nominis initium; cuius autem, neſcio.

Ibid. lin. 4. Μυς Θαρ... N. Μυς in Aegypto frequens eſt: literae, quae ſequuntur, initium nom. patris conſtituunt.

Ibid. lin. 5. Ατρης Χρ... Primum nom. exhibet col. VII. lin. 5. Ex reſtantibus ſec. nominis veſtigiis Χεατου (a Χεατης, quod col. VII. lin. 21. occurrit) legendum eſſe colligo.

Ibid. lin. 6. ..αλλ... Scripta fuit procul dubio v. αλλος, cum v. αδελφος, ut col. 1. lin. 7., unita. In lin. ſeq. ad finem catalogi numerus operariorum iterari videtur.

Ibid. lin. 9. 10. Ω.ν. Novi huius catalogi initium valde obſcurum eſt. In lin. ſeq. cernitur initium v. διωρυξ, ita ut & huius catalogi operarii foſſarum opere occupati fuerint.

Ibid lin. 11. Κεονιων, α.. Lectio: Κεονιων, απατωρ. omni dubio caret.

FRAGM. III.

Hoc fragmentum male conſervatum eſt & literae tanta rapiditate exaratae, ut pauciſſima legantur: in textu ea exhibentur, quae perſpicua ſunt.

Lin. 2. ϑ.α. Scriptum fuit ſine dubio: ϑ' εως ια'. *a die* IX. *ad* XI. diebus, qua opus incepit, quaque finitum fuit, notatis; huius enim lectionis veſtigia adſunt. Eadem lin. 5. iterari ſuſpicor, quae ita reſtituenda eſt: ϑ'. ω. ια' (i. e. ϑ' εως ια') nam in textu fragmenti deſcribendo mediam lit. partic. εως pro α male accepi: ſic unum idemque tempus in duobus catalogis col. XIII. lin. 21. & 25. (quorum poſterior operarios, ceteris tardius accedentes, complectitur) notatum eſſe vidimus. Vereor quo-

Digitized by Google

quoque, ne lit. num. κ' in ult. linea male deſcripta ſit; eius loco ſine dubio reponenda eſt lit. β' (numerus nempe duorum operariorum, qui praecedunt, hic ſolito more iterari videtur) magna enim eſt literarum β & κ ſimilitudo, quae & in alphabeto chartae facile animadvertitur.

FRAGM. IV.

Lin. 1. απο ιβ' εως ι.. Numerus diei, qua opus finiebatur, legi nequit, excidit enim ult. litera: numerus diei, qua incipiebatur, integer eſt.

Lin. 2. γ' διωρυχ αργαλι.. Lectio huius lin. ex lin. 7. ita reſtituitur: γ' διωρυχ αργαλιδιας (pro γ' διωρυχας αργαλιδιας *tres foſſas ardui operis*). Ubique, ut opinor, ſubauditur v. απεργασαμενοι, quam titulus primi catalogi ſervavit. Agitur ergo de tribus foſſis, quarum opere duo operarii occupati erant (notatis enim duorum operariorum nominibus, novus inchoatur catalogus), nam lit. num. γ' cum v. διωρυξ iungenda eſt. De v. αργαλιδιος vid. not. ad fragm. I. col. II. lin. 3.

Lin. 3. ιων Βελλητος. Procul dubio: Κερνιων Βελλητος. Conf. col. VII. lin. 26.

Lin. 4. .τας Κερνιωνος. Scriptum fuit: Περτας Κερνιωνος. In lin. ſeq. numerus operariorum ad finem catalogi iteratur.

Lin. 6. .η' εως κβ' ανδρες δ'. Scriptum fuiſſe ſuſpicor: ιη' εως κβ' ανδρες δ'. *a die* XVIII. *ad* XXII. *viri* IV. dies incepti & finiti operis; ipſum opus in lin. ſeq. notatur.

Lin. 7. υχ αργαλιδιας. Leg. διωρυχας αργαλιδιας. Conf. l. 2.

Lin. 8. .η Περτα Θερ.υθιως. Primum nomen eiuſdem terminationis fuit ac φθωϋθη ſive φαθωϋθη in inſcriptione monumenti Quiriniani. In fine leg. Θερμουθιως (a Θερμουθις). Lin. 11. reſtant mediae literae n. Σαερπων.

FRAGM. V.

Col. I. lin. 6. .απ.. In lineis praecedentibus reſtant nominum terminationes, hic autem mediae literae n. Σαερπων. In lin. ſeq. ſcriptum fuit aut γναφευς (*fullo*) aut ζγαφευς (*pictor*) conf. col. VII. lin. 26.

Ibid.

Digitized by Google

Ibid. lin. 11. Nom. patris Πασιῦος (a Πασις). Lin. 15. nomen patris Περωτα (a Περωτας). Lin. 17. iterum Πασιῦος.

Col. II. lin. 1. Πα... Initium novi catalogi, in quo primas menſis cuiuſdam Aegyptii (Παωνι forſan) literas ſervatas eſſe autumo. In ſeq. linea cernuntur veſtigia v. ανδρες.

FRAGM. VI.

Lin. 3. .υνητης. Finis n. Παυνητης, quemadmodum lin. ſeq. n. Ευδαιμων. Lin. 6. Initium n. Ηερμμων, quod col. IV. lin. 12. exhibetur. Lin. 7. Απναχις, δουλος (adiuncto ſine dubio heri nomine). Lin. 9. Ηρακλης. Lin. 11. Περωτας. Lin. 13. Οννωφρις. Lin. 14. Περωτας, γραφευς. *Protas*, *pictor*. conf. col. VII. lin. 26. Ult. lin. n. Παυνητης exhibetur.

FRAGM. VII.

Lin. 4. ..ιουργος. Superſunt reliquiae lit. α, quae primam lit. praeceſſit: quin v. ελαιουργος ſcripta fuerit, nullus dubito, conf. not. ad col. VII. lin. 20. Finitur catalogus & in ſeq. lin. inchoatur novus, cuius autem tituli pauca ſuperſunt.

Lin. 6. Leg. ανδρες δ' (perdita prima vocis litera). Lin. 7. Servata eſt forma n. Θωϋθ, nam primae lit. veſtigia ſuperſunt. Lin. 8. Nom. patris Φογημεως. Lin. 9. Nom. patris Απναχεως.

Lin. 10. .βδηστη.. Hic locus, cuius literae perſpicuae ſunt & bene conſervatae, confirmat lectionem v. ραβδηστης, quam exhibet col. IV. lin. 11. 12. conf. not.

FRAGM. VIII.

Lin. 1. .νδρες δ'. Leg. ανδρες δ'. Numerus operariorum, qui ad finem catalogi iteratur.

Lin. 3. ..ως κ'. Ante ως excidit lit. ι, tempore incepti ac finiti operis in initio catalogi ſolito more notato. Ex ſeqq. lineis, in quibus nomina ſcripta erant, nihil colligitur, excepta lin. 8. ubi μητρος Θερμουθεως legendum eſt. Novus deinde inchoatur catalogus, ex cuius titulo parum aut nihil elicitur.

Lin.

Digitized by Google

Lin. 10. ιε' εως .. Servatus eſt num. diei, qua opus inchoatum fuit: ipſum opus ab iis, quae hactenus memorata ſunt, diverſum in lin. ſeq. videbimus.

Lin. 11. Δρυμ.. Nullus dubito, quin ſcriptum fuerit δρύμον (a δρυμος, *nemus*) quid autem circa hoc nemus peractum fuerit, aut in quo hocce opus conſtiterit, neque ex fragm. nec aliunde perſpicitur. In lin. ſeq. reſtat ſola lit. π, qua fragm. finitur.

FRAGM. IX.

Lin. 2. .ρη... Sine dubio reliquiae n. Χαιρημων. Lin. 4. Scriptum fuit n. Διονυσιος, quod & col. XI. lin. 2. exhibetur. Lin. 10. Κρονιων, απατωρ.

FRAGM. X.

Lin. 2. .ρπαλ.. Sine dubio: Αρπαλος. ſupereſt primae lit. veſtigium. Ex literis lin. ſeq. nihil colligo.

Lin. 4. Δουλος Κρο.. Leg. δουλος Κρονιος aut Κρονιωνος, *ſervus Cronionis*.

Lin. 5. .ης Πρω.. Forſan: Κοπρης Πρωτα, *Copres Protae*.

Lin. 6. Πουν.. Initium n. Πουνσις, conf. col. XII. lin. 29. & not. ad col. IX. lin. 27. In ſeq. lin. Ηρακλεους, nom. patris.

Lin. 8. .δ... Pertinet ad v. ανδρες, ſequuntur enim literae num. fere deletae: notatus erat in fine catalogi num. operariorum.

FRAGM. XI.

Lin. 1. ..Ηρ... Initium n. Ηρων aut Ηρακλης. Lin. 2. Πενις aut Πεννις, col. XII. lin. 1. XIII. lin. 14. Lin. 4. Πατερμουθ. Lin. 9. ανδρες, numero deleto. Lin. 11. Σαραπιων.

FRAGM. XII.

Lin. 2. Κρ.... Init. n. Κρονις aut Κρονιων. Lin. 3. Πατερμουθ. Lin. 4. Sine dubio Ζηϊλας, conf. col. IX. lin. 3. Lin. 5. Ορσιυς. Lin. 6. Πετεσουχ, vid. col. VIII. lin. 3. Lin. 7. Πασις. Lin. 8. Κρονιων. Lin. 10. Ηρωδης aut Ηρων.

O FRAGM.

Digitized by Google

Fragm. XIII.

Lin. 2. ..πω. Reſtat lineola notae comp. qua πωλης indicatur, unde colligo ſcriptum fuiſſe λαχανοπωλης, *olerum venditor*, haud aliter ac col. IX. lin. 16. Ex iis, quae ſequuntur, nihil colligitur.

Fragm. XIV.

Lin. 7. ..ευς. Haec terminatio in fine lin. indicat unum ex ſolitis illis operariorum attributis: γναφευς, χαλκευς, κεραμευς aut κουρευς. adſcriptum fuiſſe; quodnam fuerit, definiri nequit.

Fragm. XV.

Lin. 2. .ωτας ... Scriptum fuit Πρωτας. Lin. 3. Ηρων. Lin. 5. Πρωτας. Lin. 6. Ευδαιμων. Lin. 7. Κρονις. Lin. 8. Πασις. Lin. 9. Πασιτος. δουλος. *filius Paſitis*, *ſervus*. Lin. 10. Primae literae v. ελαιουργος, cuius finis fragm. VIII. lin. 2. reſtat.

Fragm. XVI.

Lin. 2. .αιμ... Mediae literae n. Ευδαιμων. Lin. 3. Procul dubio initium n. Πουησις, conf. fragm. X. lin. 6. Lin. 4. Iterum Ευδαιμων. Lin. 8. Σαραπιων. Lin. 9. Finitur catalogus & inchoatur novus, de quo pauciores literae ſuperſunt.

Lin. 10. .πι... Cernuntur adhuc veſtigia lit. praeced. ε ita ut legendum ſit Επι. proſtant autem hae literae in fronte tituli, quo tempus operis indicari ſolet; unde probabile eſt, ſervatas eſſe primas literas menſis ⲈⲠⲎⲠ (Gr. επιφι) qui d. XXV. Iun. an. fixi init; eiuſdem menſis, ut videtur, tres priores literas, at clarius ſcriptas, ſequens fragm. exhibet. Seq. lin. reſtant duae priores literae v. ανδρες, cui ſine dubio numerus operariorum adſcriptus erat: ex duabus ultimis lineis nihil colligo.

Fragm. XVII.

Επι... Continetur hoc fragmento titulus novi catalogi, in quo tres tantum literae perſpicuae ſunt, procul dubio initium menſis επιφι. Haud obſcura eſt in lin. ſeq. lit. prima v. ανδρες.

FRAGM.

Digitized by Google

FRAGM. XVIII.

Lin. 1. Ευδαι... Initium n. Ευδαιμων, quemadmodum lin. 4. n. Πρωτας. In ult. lin. n. Ευεργετους ſcriptum fuiſſe videtur.

FRAGM. XIX.

Lin. 2. . δ.. Haud dubie lit. pr. v. δουλος, quam ex reſtante notae comp. lineola agnoſco. Lin. 3. Initium n. Νιλος. Conf. col. IX. lin. 10. Ex ſequentibus nihil colligo.

FRAGM. XX.

....κ. Hoc fragmentum praecedentis αποσπασμα eſt. Scripta eſt lit. κ in fine lin. eodem modo, quo col. XII lin. 7. quamque ibi v. κουρευς *tonſor*, indicare ſuſpicabar, conf. not.

FRAGM. XXI.

Fragmentum hoc non tantum ceteris melius conſervatum eſt, ſed & nitidius ſcriptum.

Lin. 1. Ισιδωρος, γν.. Vocis adiectae duae priores literae reſtant, in quibus v. γναφευς *fullo*, quae in charta Borgiana nonnullis operariorum nominibus adſcripta eſt, facile agnoſcitur. Conf. col. IX. lin. 31. X. lin. 7. 22.

Lin. 2. Ηρακλης Πρ.. Leg. Ηρακλης Πρωτα.

Lin. 4. Πετουφις, δο.. Primum nom. compoſitum eſt ex n. Τουφις, quod exhibent col. III. lin. 29. huiuſque fragm. lin. 12. & art. Aegyptio. Reſtant vocis δουλος duae priores literae cum parte not. comp.

Lin. 5. Πρωτας Σαρ... Forſan: Πρωτας Σαραπιωνος.

Lin. 6. Πωλιων Υβ. Primum nomen ſequuntur literae Υβ, ex quibus nihil colligo: forma lit. υ rariſſima eſt, cui ſimilem col. III. lin. 29. in n. Τουφις dephehendimus, quae & Alphabeto chartae Borgianae inſerta eſt.

Lin. 7. Διοσκορος Ηρ.. Scriptum fuit aut Ηρωνος aut Ηρακλεους. Primum nom. ſimili modo ſcriptum exhibetur col. VII. lin. 20.

Lin. 8. Κολλουθος, απατωρ. In fine literae απ (i.e. απατωρ) ſolita ratione compendiaria ſcriptae, perſpicuae ſunt. Inſoli-

ta eſt ſcriptura n. Κολλουθος pro Κολουθος, ſic enim ſcribitur in actis D Coluthi, ex cimelio Copt. Muſei Borgiani in vol. IV. Anecdott. Doctiſs. Antonio Georgio interprete, editis. Falſam hanc chartae noſtrae ſcribendi rationem crederem, ni eadem quoque in Graeco Baſilii imp. Menol. occurreret. Vid. Praefat. Doctiſs. Praeſulis Stephani Borgiae ad acta D. Coluthi l. laud. pag. 52. Sic & ubique in Pallad. hiſt. Lauſ. Κολλουθος ſcribitur. Haec reduplicatio, quae ſatis frequens eſt, ut Πεννις pro Πενις col. XIII. lin. 14. Λουππος pro Λουπος col. X. lin. 6. & alia, ad dialectum Graeco-Aegyptiam ſive Alexandrinam referenda eſſe videtur.

Lin. 9. Ηρων Ευδαιμ.. Leg. Ηρων Ευδαιμονος.

Lin. 10. Σαραπιων, δουλος Τυρα.. Leg. Σαραπιων, δουλος Τυραννου. Conf. col. III. lin. 26.

Lin. 11. Ορσανουφις, α.. In fine cernitur prima lit. v. απατωρ.

Lin. 12. Τουφις Περγ.. Literae, quas in textu poſui, perſpicuae ſunt.

Lin. 13. Σιουλας, απατωρ. In primo nom. litura eſt, cuius ſpecimen exhibetur; ſcriba enim, nominis Σιλουρας, quod col. VIII. lin. 13. occurrit, duabus prioribus ſyllabis exaratis, errorem advertens literas ου in ας mutavit, mediamque ſyllabam ου inter Σι & λας ſupra lineam, ut in ſpecimine cernitur, notavit: hocce nomen Aegyptium nullibi alias offendimus. Vox απατωρ plene & clare ſcripta eſt, quemadmodum col. I. lin. 10. Vid. not. ad col. I. lin. 11.

Lin. 14. Σαραπιων Ηρα.. In fine ſcriptum erat Ηρακλειους.

FRAGM. XXII.

Lin. 3. ως ια' εω.. Ex duabus prioribus lineis nihil colligitur; in hoc autem catalogi titulo ſupereſt num. diei, qua opus inchoatum fuit. Excidit in fine ult. litera partic. εως. In ſeq. lin. V. διωρυχας perſpicue legitur, reſtante adhuc ult. literae dimidia parte, ita ut plurium foſſarum opere homines huius catalogi occupati fuerint, conf. fragm. IV. lin. 7.

Lin.

Digitized by Google

Lin. 5. ..οραχος. Finis n. Κοραχος, quemadmodum & lin. ſeq. eiuſdem nom. initium, a Κοραξ, vid. col. VII. lin. 20.

Lin. 7. .ουρος Πασ.. Nomen patris eſt Πασις, primum autem non agnoſco.

Lin. 8. .ων χαλινου.. Ipſius nominis finem conſtituunt literae ων. Nullus ferè dubito, quin χαλινου initium ſit vocis χαλινουργος (formatae ut ελαιουργος col.VIII. lin. 20.) quae idem eſſet ac χαλινοποιος, *qui frena equorum conficit*, ita ut χαλινουργος nomen conditionis ſive artis ſit, ut ψαθοπλοκος, γναφευς, κεραμευς & alia, in charta Borgiana obvia.

Lin. 9. .ων Σαραπιωνος, ψα.. Et hic habemus finem primi nominis. In fine duas priores literas v. ψαθοπλοκος ſervatas eſſe credo. Conf. not. ad col. XI. lin. 8.

Lin. 10. .νδρες ι'. Excidit prima lit. α, finito enim catalogo, numerus operariorum praecedentium ſolito more repetitur. Literae, quae in ult. lin. reſtant, perſpicuae ſunt, ex quibus autem nihil colligitur.

ADNO-

ADNOTATIO PALAEOGRAPHICA
IN SCRIPTURAM CHARTAE PAPYRACEAE.

Antequam ad ſcripturam chartae papyraceae Muſei Borgiani Velitris illuſtrandam progrediamur, omnino definiendum eſt: ſitne ſcriptura huius monumenti ſcriptura inſtrumentorum vel diplomatum, an codicum Graeco-Agyptiorum. Scripturam diplomaticam eſſe ipſa tachygraphiae forma primo adſpectu arguit; nam tachygraphia codicum legibus adſtricta eſt & uſu quodam conſtituta, hic autem in literarum ductu & nexibus magna adhibita eſt licentia, qua ſcriptura diplomatica a tachygraphia codicum ſemper dignoſcitur. Quemadmodum igitur in praefatione chartam Borgianam, ipſius monumenti argumento ducti, inter acta publica Ptolemaïdis Arſinoiticae retulimus, ſic & eiuſdem ſcripturam ut diplomaticam conſiderandam eſſe putamus, quo reſpectu hoc monumentum ſummi eſt pretii; nam non tantum magnam rei diplomaticae lacunam ſupplet, ſed & ratione aetatis, quam in praefatione eidem tribuendam eſſe duximus, in omni re diplomatica facile primum locum obtinet. Quamvis autem inter ſcripturam diplomaticam & eam, quae in inſcriptionibus aut libris occurrit, tantum intercedat diſcriminis, ipſi tamen palaeographiae Graeco-Aegyptiae, quae magnis adhuc involuta eſt tenebris, ex hoc monumento multum etiam luminis adfunditur: ea, quae huic ſcopo inſerviunt, ſuis quaeque locis notata ſunt.

Tachygraphia chartae Borgianae ex datis ſpeciminibus, diligenter ad textum archetypum expreſſis, cognoſci & diiudicari poteſt, ita ut prolixa deſcriptione non indigeat: characterem quoque, a vulgari charactere Graeco ſatis diverſum, Alphabetum exhibet. Scripta eſt nempe literis, quas vocant curſi-

Digitized by Google

curſivas, maiuſculis immixtis; nec manus mutatur, niſi col. XI. lin. 24. ubi ultimae literae n. Θιλακλεις aliena manu adſcriptae eſſe videntur. Vitia calami, quae rara ſunt, maximam partem ab ipſo ſcriba obſervata ſunt & emendata: eiuſmodi correctionis ſpecimina exhibentur col. VII. lin. 9. IX. lin. 3. & fragm. XXI. Voces [1], pleriſque in locis una ſerie

[1] In re diplomatica Gr. aetas monumenti ex omiſſione ſpirituum & accentuum diiudicari nequit; nam in actis publicis aut epiſtolis accentus pro lubitu a calligraphis additos & omiſſos eſſe, multum probabile eſt. Sic epiſtolam imperatoris cuiuſdam Conſtantinopolitani, ſine accentibus ſcriptam, ap. Mabillon. in Supplemento deprehendimus, quam Montſauc. Palaeogr. Gr. lib. IV. p.265. ſupplet & illuſtrat: at in Rogerii regis diplomate Graeco, nitide & eleganter ſcripto, cuius a Montſauc. Palaeogr. Gr. lib. VI. p.408. 409. ſpecimen datum eſt, ſpiritus & accentus notantur. Hoc autem in palaeographia codicum aliter eſt; nam, iudice Montſauconio Palaeogr. Gr. lib. III. cap. V. pag. 223. ſeptimo & octavo ſaeculo accentus & ſpiritus in codicibus primum comparent, & deinde nunquam omittuntur, quod iudicium quoque peritus quiſque tractando codices verum eſſe deprehendet. Occurrunt quidem in codd. quorum aetas ſupra ſaeculum VII. adſcendit, ſpiritus hinc & inde notati, ut in inſigni illo fragmento evangel. Ioannis cum verſione Coptica, quod brevi ex Muſeo Borgiano Velitris cum doctis Reverendiſs. Auguſtini Georgii commentariis in lucem prodibit, ubi ſolus ſpiritus aſper quibuſdam vocibus adhaeret; eum autem a ſeriori manu eſſe fere nullus dubito. Sic & in Dioſcoride Caeſareo Vindob. ut etiam Montſauconius ex Lambecio Palaeogr. Gr. lib. III. pag 196. animadvertit, variis in locis non modo ſpiritus ſed & accentus notatos vidi; at ibi ſecunda manus clarior eſt. Ante hoc tempus accentus in libris diu notatos eſſe, nemo, in grammaticorum libris paulo verſatior, ignorat; id autem celebri illa inſcriptione Retinenſi probari

ὡς ἓν σοφὸν βούλευμα τὰς πολλὰς χεῖρας νικᾷ.

(Verſ.77. Eurip. Antiopes, deſcriptus ex Polyb. hiſtor. lib. I. pag. 50. edit. Amſtelod.) quae in libro: *Le pitture d'Ercolano* tom. II. pag. 34. explicatur, cuiuſque hiſtoria ſatis nota eſt, valde dubito. Eruditorum interpretum de hac inſcriptione iudicium exſcribam: *Or di qual peſo ſia queſta Iſcrizione, la di cui antichità è incontraſtabile.* Hoc iudicium amplectuntur Princeps Torremuzza in libro: *Le antiche Iſcrizioni di Palermo raccolte e ſpiegate, Palermo* 1762. fol. Cl. Villoiſonus in Anecdott. Gr. tom. II. p.143. Quibus accedunt Cl. & Rev. Fabricy *in Diatriba, qua bibliographiae antiquariae & ſacrae critices capita aliquot illuſtrantur*, pag. 80. & Cl. Hwiid *in libello critico Hauniae* 1785. 8. pag. 23.

Nihil habeo contra characterem curſivum & accentuum notationem, de quorum uſu etiam ante Titi tempora perſuaſus ſum, at contra ipſam huius inſcriptionis literarum & accentuum formam, quam Titi tempore aliam prorſus fuiſſe exiſtimo. Meae dubitationis duae inprimis adſunt rationes:

α) Inſcriptio, quae in loco publico poſita eſt, ut ab omnibus legatur, characterem, qui in uſu eſt & ab omnibus cognoſcitur, ſupponit; hinc mirum videtur, in tanta inſcriptionum copia ſimi-

Digitized by Google

ſerie cohaerentes, nulla interpunctione diſtinctae ſunt, nec ſpiritibus aut accentibus notatae. Lectio denique difficillima eſt; haec autem difficultas oritur, non tam ex mala conſervatione (nam

ſimilem nullibi nec ante Titi tempora nec poſtea deprehendi. Exiſtimandum igitur eſſet, hunc characterem, poſt Titi tempora omnino deperditum, in codicibus ſaeculi XIII. & XIV. demum renaſci, quod multum improbabile eſt.

β) De charactere inſcriptionis Retinenſis minus iuſta dubitandi ratio adeſſet, ſi primus character curſivus, quem in codd. ſaeculi IX. & X. offendimus, ex illo deductus videri potuiſſet, aut cum eodem aliquam ſaltem ſimilitudinem haberet: contrarium autem ipſa codd. palaeographia monſtrat, omnes enim huius inſcriptionis literae, (forma diphth. *ου* & lit. *π* excepta, quae antiqua eſſe poteſt) ex charactere curſivo codd. ſaeculi IX. & X. formatae eſſe videntur, quales etiam circa initium ſaeculi XIII. in libris comparere incipiunt, quae a ſcribis deinde, exoleto antiquiori charactere curſivo, continuo ad ſeriora uſque tempora adhibentur.

Sic ſigma initiale in v. *σοφον* factum eſt ex forma eiuſdem literae unciali, & in codd. ſaeculi X. primum offenditur; nam in primis codicibus, charactere curſivo ſcriptis, forma uncialis adhuc ſervata eſt, ut in egregio cod. Floril. ſive Sermonum Stobaei Bibl. Caeſar. Vindob. ſine dubio circa finem ſaeculi IX. ſcripto, & cod. Colleg. Rom. qui ampliora vulgatis in 6. priores Iliadis libros ſcholia graeca continet, eiuſdem, ut videtur, aetatis.

Sigma finale in vv. *ως*, *τας πολλας χειρας*, ex ſigmate finali in codd. ſaeculi XI. & XII. natum eſt, & in codd. ſaeculi XIV. demum comparet.

Litera *ν* in vv. *εν* & *νικα* in codd. ſaeculi XIII. aut XIV. primum offenditur, ex forma eiuſdem literae, qualis in codd. antiquioribus exhibetur, abbreviata.

Literae *μ* in v. *βουλευμα* lineam deorſum ductam in antiquis codicibus deprehendi vix crediderim: haec forma ſeriori aetate incipit, nempe in codd. ſaeculi XII. aut XIII.

Ligaturam diphth. *ου* v. *βουλευμα* in numis antiquis & inſcriptionibus habemus. Formam literae *π* v. *πολλας* in codd. antiquis (at ſemper in medio vocis) ſaepius offendimus; ab initio vocis poſitam ego quidem nunquam deprehendi, niſi in codicibus, poſt ſaeculum XII. ſcriptis.

Contra formam ſpiritus aſperi (ſupra *ως* & *εν*) atque accentus circumflexi (ſupra *χειρας* & *νικα*) eadem monenda habeo.

Forma ſpiritus aſperi curvata & ex dimidio digammatis Aeolici abbreviata circa initium ſaeculi XIII. frequentari incipit; in nonnullis tamen codd. antiquis forma angularis & rotunda promiſcue a ſcribis adhibentur, ut in ſpecimine codicis, quod Montfaucon Palaeogr. Gr. lib. III. p. 234. adfert; ſpiritus autem rotundos ſeriori manu adſcriptos eſſe ſuſpicor, quod & in cod. Bibl. Emi Card. Zeladae ſaec. X. qui verſionem Graecam Pſalmorum continet, perſpicuum eſt. Dubito ergo, an Titi tempore forma ſpiritus aſperi curvata in uſu fuerit.

Accentum circumflexum, ſcriptum eo modo, quo in inſcriptione Retinenſi ſupra *χειρας*, in ullo cod. antiquo reperiri multum dubito: forma huius accentus arcuata uſque ad finem ſaeculi XII. ſervatur, quo in hodiernam a tachygraphis mutatur.

Conf. cum hac nota ipſa inſcriptio in picturis Herculanenſ. l. ſup. laud.

Digitized by Google

(nam , exceptis tribus prioribus columnis , paucis in locis detrita eſt) quam [1] ex ſumma ſcripturae celeritate , abbreviationum frequentia , forma literarum exotica , variiſque earundem nexibus , mutua etiam quarundam literarum ſimilitudine , qua una ab altera vix dignoſcitur , ita ut , ni voces cognitae , ex quibus alphabetum deduci poſſet , barbaris hiſce nominibus intermixtae eſſent , omne legendi tentamen ſine dubio irritum eſſet . His igitur praemiſſis , de alphabeto primum nonnulla monenda ſunt , deinde autem ſigla illuſtrabimus .

Ductae ſunt literae chartae Borgianae tanta varietate , ut eas in alphabeti ordinem redigere ſummam exigat diligentiam , quae & in hoc labore facile animadvertitur . Singulas quidem uniuſcuiuſque literae formas iuxta rationem , qua una ex altera naſci videtur , digeſſimus , ſervato ſimul ordine , quo in initiales , medias & finales diſtribuuntur : ut autem formae literarum exoticae clarius dignoſcantur , unicuique literae formam hodiernam curſivam , qua etiam in notis ſubiectis ſignantur , praefigendam eſſe duximus .

Lit. α duodecim formae .

Quinque priores initiales ſunt . Tres , quae ſequuntur , mediae : harum ultima a forma lit. ι , quae ordine quinta eſt , aegre diſcernitur . Quatuor ultimae finales .

Lit. β quinque formae .

Duae priores initiales ſunt , reliquae mediae , quarum duae priores a lit. κ multis in locis aegre dignoſcuntur .

Lit. γ quatuor formae .

Prima ab initio vocis ponitur , reliquae in media voce . Duae priores a forma lit. λ , quae ordine ſeptima eſt & ultima , difficulter diſtinguuntur ; poſtremae autem cum formis lit. ι ordine nona & undecima magnam ſimilitudinem habent , atque facile cum iiſdem confundi poſſunt .

[1] Chartam Borgianam ſaeculo tertio vix recentiorem eſſe in praefatione monſtratum eſt : hinc argumenta , quibus Montfauc. Palaeogr. Gr. lib. I. p. 36. tachygraphiae uſum in actis publicis eiuſque aetatem probare ſtuduit , nova chartae Borgianae auctoritate confirmantur .

Lit. δ decem formae.

Omnes & ab initio & in medio vocis adhibentur. Quatuor priores clauſae ſunt; reliquae apertae, quae, etſi a vulgari forma paululum diſcedant, facile tamen agnoſcuntur.

Secunda forma, quae quadrata eſt, raro occurrit; quemadmodum & ultima, quam una vice (fragm.VIII. lin.11.) offendimus.

Lit. ε tredecim formae.

Omnes cum forma vulgari parum ſimilitudinis habent. Tres priores initiales ſunt, quarum ſecunda, quae ceteris magis exotica eſt, duobus tantum locis (col.XI. lin.21. XII. lin.25.) occurrit. Reliquae mediae ſunt, quarum duae poſtremae, a praecedentibus ſatis diverſae, raro occurrunt; ex forma autem initiali, quae ordine ſecunda eſt, abbreviatae eſſe videntur.

Lit. ζ quatuor formae.

Ultima a forma vulgari paululum recedit & rara eſt.

Lit. η duae formae.

Ab initio & in medio vocis collocantur; in eo autem differunt, quod una altera liberius delineata ſit.

Lit. ϑ quatuor formae.

Duae priores initiales & mediae; reliquae ſemper mediae, quae etiam ex prioribus abbreviatae ſunt.

Lit. ι novem formae.

Prima initialis eſt, reliquae mediae. Ultima ei ſimilis eſt, quam in antiquis numis & inſcriptionibus offendimus, quemadmodum & in inſigni illa inſcriptione Teſſerae hoſpitalis, ex aere, in Bruttiis prope Petiliam repertae an. MDCCLXXXIII. quae inter inſigniora antiquitatis monumenta Velitris in Muſeo Borgiano adſervatur, cuius aetas quoque, ut ex omnibus antiquae palaeographiae & dialecti criteriis apparet, inter quintum & quartum ſaeculum ante aeram noſtram commode conſtitui poſſe videtur. Ipſum teſſerae textum, quem forſan alia occaſione una cum vetuſtiſſimis palaeographiae Graecae monumentis adcuratius illuſtrabo, ſervato archetypi linearum ordine & numero, charactere vulgari deſcribam:

ΘΕΟΣ.

Digitized by Google

ΘΕΟΣ . ΤΥΧΑ . ΣΑΟΤΙΣ . DID
ΟΤΙ . ΣΙΚΑΙΝΙΑΙ . ΤΑΝFΟΙ
ΚΙΑΝ . ΚΑΙΤΑΛΛΑ . ΠΑΝΤ
Α . DΑΜΙΟΡΓΟΣ . ΠΑΡΑΓΟΡ
ΑΣ . ΠΡΟΞΕΝΟΙ . ΜΙΝΚΟΝ .
ΑΡΜΟΞΙΔΑΜΟΣ . ΑΓΑΘΑΡ
ΧΟΣ . ΟΝΑΤΑΣ . ΕΠΙΚΟΡ
ΟΣ .

*Dea Fortuna . Saotis
dat Sicaeniae domum
et cetera omnia .
Demiurgus , Parago-
ras proxeni . Mincon ,
Armoxidamus , Agathar-
chus , Onatas , Epicurus .*

Initium Θεος Τυχα ſine dubio formula eſt, in eiuſmodi teſſeris uſitata, ſubauditur nempe ιλεος ειη, *propitia ſit dea Fortuna, ſuo numine adſit*. Fortuna hic ſanctionibus hoſpitalitatis praeſidet, quibus alias Ζευς ξενιος.

Initur publicum hocce amicitiae & hoſpitalitatis foedus, ut opinor, inter privatos, quorum unus Saotis vel Saotes alter Sicaenias appellatur; initi autem foederis ſtabiliendi cauſa ſubſcripta ſunt nomina amicorum & hoſpitum: Demiurgus, Paragoras &c.

Digamma Aeolicum ante v. οικιαν valde memorabile eſt, indicat enim vocem ea aetate cum forti adſpiratione pronunciatam eſſe.

Verba: Σαοτις διδοτι Σικαινια ταν οικιαν και ταλλα παντα. paulo ambigua ſunt & obſcura, quae autem ita intelligenda eſſe reor: *Saotis dat Sicaeniae domum* (i. e. habitationem) *& cetera omnia* (i. e. cetera omnia, quae praeter habitationem neceſſaria ſunt).

Scriptum eſt Δαμιοργος & Επικορος ex antiquiori orthographia pro Δαμιουργος & Επικουρος. Etiam in antiqua illa inſcriptione

Digitized by Google

Graeca, quae a Cl. Chandlero Athenis reperta fuit, πρυτανευοσης pro πρυτανευουσης legitur, vid. Inſcriptt. Chandleri part. II. n. 1.

Lit. κ ſeptem formae.

Prima initialis eſt, reliquae initiales & mediae.

In variis locis forma huius literae adeo obſcura eſt, ut facile pro β accipiatur.

Lit. λ tredecim formae.

Duae priores initiales ſunt, formae initiali lit. α haud diſſimiles; reliquae omnes mediae, quarum ultima a prima forma lit. γ vix diſcerni poteſt.

Lit. μ tres formae.

Duae priores initiales ſunt, ultima media.

Lit. ν ſex formae.

Prima initialis eſt, tres ſequentes tam initiales quam mediae, duae poſtremae finales.

Singulari huius literae forma, quae lectionem monumenti multum impediebat, detecta, tenebrae diſcuti coeperunt.

Lit. ξ. tres formae.

Duae priores mediae, ultima finalis: omnes inter ſe & a forma vulgari parum differunt.

Lit. ο quinque formae.

Duae priores initiales ſunt, reliquae mediae.

Huius literae formae continuo decreſcendo in puncto quodam minutiſſimo finiuntur.

Lit. π quinque formae.

Tres priores initiales ſunt, in hoc tantummodo inter ſe differentes, quod ſecunda & tertia liberiori calamo ſcriptae ſint. Duae poſtremae mediae ſunt, quae in quibuſdam locis a forma lit. ν vix dignoſcuntur.

Lit. ρ ſeptendecim formae.

Hae in duas claſſes diſtribui poſſunt:

Prima ſeptem complectitur, a dextra verſus ſiniſtram ductas.

Secunda reliquas decem, a ſiniſtra dextram verſus exaratas.

Tres priores initiales ſunt, reliquae mediae.

Lit. σ

Lit. σ decem formae.

Prima initialis, ſecunda media, reliquae finales.

Inter varias huius literae formas duae poſtremae notandae ſunt, quarum prima cum linea ſuperſcripta in fine v. κουρευς (col. VII. lin. 26. IX. lin. 5.) altera, quae multum a ceteris recedit, in fine n. Θαμσωτος (col. III. lin. 18.) reperitur.

Lit. τ duae formae.

Prima initialis, altera media & finalis.

Lit. υ ſeptendecim formae.

Prima initialis, reliquae mediae (duabus exceptis, quinta ſcilicet & ſexta a fine, quae & finales ſunt & mediae).

Variae huius literae formae ſecundum ordinem, quo una ex altera provenire videtur, diſpoſitae ſunt, ex quarum, quemadmodum & praecedentium, varietate difficultas lectionis ſatis perſpicitur.

Lit. φ novem formae.

Hae in duas claſſes diſtribui poſſunt:

Prima quatuor formas lit. φ complectitur, quarum prima initialis eſt; reliquae, liberiori calamo exaratae, mediae ſunt.

Secunda quinque formas lit. Aegypt. ϥ, quarum varietas in eo tantum conſiſtit, ut linea deorſum ducta continuo diminuatur.

Litt. φ & ϥ in charta Borgiana ſaepius commutari in explicatione monumenti Quiriniani pag. 59. 60. notatum fuit.

Lit. χ tres formae,

Duae priores initiales, ultima media.

Lit. ψ tres formae.

Prima initialis, reliquae mediae.

Lit. ω quinque formae.

Prima maiuſcula & initialis, quam una tantum vice (fragm. II. col. II. lin. 9.) offendimus: reliquae & initiales & mediae. Ultimam, quae a forma praecedentium paululum diſcedit, ſola fragmenta exhibent.

In primis huius alphabeti formis peregrini aliquid, quod characterem Graeco-Aegyptium a vulgari diſtinguit, mox animadver-

Digitized by Google

madvertitur; Graeci enim, in Aegypto habitantes, a primis uſque Ptolemaeorum temporibus non modo mores & linguam ſed & characterem alphabeti vulgarem mutaſſe videntur. Huius mutationis exempla offerunt inſcriptiones ſtatuae Memnonis una cum inſcriptione monumenti Quiriniani, fragm. Evang. Ioan. in Muſeo Borgiano Velitris, quod ſupra laudavimus, & cod. reg. Dioſcoridis, in Aegypto ſcriptus, cuius ſpecimen a Montfauconio palaeogr. Gr. lib. III. pag. 256. exhibetur. In quo autem proprie conſtiterit haec characteris Graeci mutatio ex alphabeto Coptico, ubi antiquus & genuinus character Graeco-Aegyptius ſine dubio ſervatus eſt, clarius adhuc perſpicitur; exoleto enim aut neglecto alphabeti Aegyptii charactere, alphabetum Graeco-Aegyptium uſu adeo invaluit, ut ab ipſis etiam indigenis adhiberetur; quum autem literae novi huius alphabeti ad ſonum vocum Aegyptiarum exprimendum haud ſufficerent, aliae ſeptem ex antiquo alphabeto Aegyptio adſciſcebantur, quibus etiam in vocibus Aegyptiis ſcribendis Graeco-Aegyptii interdum uſi fuiſſe videntur, ut ſupra in inſcriptione monumenti Quiriniani obſervatum fuit; quodque etiam vidimus in inſcriptione ſtatuae Memnonis ap. Pocock. (*Deſcription of the eaſt*) tom I. p. 104. tab. XXXIX. 21. quae ita incipit: Εθρανσε Καμβυσης με τονδε τον λιθον. ubi iuxta lin. 2. & 3. characteres Aegyptii notati ſunt, quorum duo (ordine ſecundus & tertius) iis, quos inſcriptio monum. Quiriniani exhibet, perquam ſimiles ſunt. Novum hocce alphabetum, ex literis Aegyptiis & Graeco-Aegyptiis compoſitum, quod diu etiam ante Chriſtum natum inter indigenas Aegypti in uſu fuiſſe videtur, nos hodie Copticum (i. e. Aegyptium) appellamus, cuius appellationis vim & originem Didymus Taurinenſis in Rudimento literat. Copt. pag. 7. erudite exponit: tempus autem, quo haec unio alphabeti Graeco-Aegyptii cum antiquo Aegyptio facta fuerit, deficiente omni auctoritate hiſtorica, adcurate definiri nequit. Ex dictis igitur explicanda eſt illa ſimilitudo, quae inter characterem Copticum & characterem chartae Borgianae in quibuſdam praeſertim literis deprehenditur; primas enim formas litt. κ, ϑ, μ & ν iiſdem

Digitized by Google

iiſdem alphabeti Coptici literis ſimiles eſſe , nemo negabit. Haec autem ſimilitudo (ſi ea , quae in paucis codicibus Graeco-Aegyptiis , quos hodie habemus , obſervantur , in ſcriptionem chartae Borgianae transferre liceat) inſignem huius monumenti aetatem argueret ; nam codex Graeco-Aegyptius , quo antiquior eſt , eo magis characterem alphabeti Coptici refert ; ſic nempe character fragmenti Borgiani Evang. Ioannis ad characterem Copticum multo propius accedit , quam cod. reg. Dioſcoridis , qui etiam fragmento Borgiano aetate longe inferior eſt . Verum , ut ſupra dixi , ex palaeographia chartae Borgianae , deficientibus praeſertim aliis eiuſdem generis monumentis , quod aetatem probaret , nihil certi deducitur .

Literam Aegyptiam ϥ in libris Copticis continuo cum φ permutari , notum eſt & obvium ; quod autem Graeco-Aegyptii iiſdem literis promiſcue uſi fuerint , eaſque pro lubitu commutaverint , charta Borgiana primum nos docuit ; quo lumine etiam inſcriptio monumenti Quiriniani dilucidata fuit .

Alphabeto chartae Borgianae iam illuſtrato , ad eiuſdem ſigla explicanda accedimus . Complectimur autem ſub nomine ſiglorum non tantum vocum integrarum ſigna , ſed & obſcuriores literarum nexus , & notas compendiarias , quibus a tachygraphis in fine vocum unius aut plurium ſyllabarum omiſſio indicatur : latiori hocce nominis ſignificatu & ſigla proprie ſit dicta , & notas compendiarias una cum literarum nexibus tabula ſecunda exhibuimus , multis quidem ex iis , quae in ſpeciminibus cernuntur , inutilis repetitionis evitandae cauſa omiſſis . Quemadmodum autem in omni ſcriptione diplomatica , ſic & in charta Borgiana notas compendiarias ſive abbreviationes ab iis , quae in codicibus in uſu ſunt , omnino diverſas deprehendimus ; in codicibus enim cuivis omiſſioni ſua adſignata eſt abbrevationis nota , ex qua , quid omiſſum ſit , ſtudio & uſu facile cognoſcitur ; hic autem notae compendiariae , pluribus diverſi generis omiſſionibus communes , lectorem in vocibus abbreviatis ſupplendis incertum ac dubium reliquunt , ita ut , ni quaedam ex iſtis vocibus abbreviatis in ipſo monumento interdum plene ſcriptae eſſent ,

plera-

Digitized by Google

plerarumque vis ignoraretur. Hinc ſigla chartae Borgianae in duas claſſes diſtribui poſſunt: *prima* nempe ea complectitur, quorum vis ex vocibus alibi plene ſcriptis certo definiri poteſt, *altera* ea, quorum vis incerta eſt. Secundum hanc diſtributionem ordo ſiglorum in tabula, qua exhibentur, commode inſtitui non poterat; ſaepius enim accidit, ut unius eiuſdemque abbreviationis vis in una voce certa ſit, in alia autem incerta. Hinc ordinem, iuxta quem frequentiora praecedunt, rariora autem ſequuntur, praetulimus, ſervato ſimul, quatenus quidem licuit, columnarum chartae ordine: iam autem de ſingulis ſecundum numerum, quo in tabula ſignantur, agendum eſt.

Num. I.

Septem abbreviationes terminationis ſec. caſ. εως, quas ex pluribus (nam frequentiſſima eſt haec abbreviatio) propter varietatem, quae in formis obſervatur, ſelegimus.

Prima, finis n. Τεπλινεως (ſine dubio a Τεπλινις) col.I. lin.2. N. Στοτονηλεως (a Στοτονηλις) col. I. lin.5. & pluries. Conf. ſpecimina.

Secunda, finis n. Θάνσεως (a Θανσις) col. I. lin. 14. Mox lin. ſeq. n. Οννωφρεως. Forma haec cum praecedenti obvia eſt.

Tertia, finis n. Πωλεως (a Πωλις) col.IV. lin.13. N. Ταορσεως (a Ταορσις) col. VII. lin.10.

Quarta, finis n. Ορσανουφεως (ab Ορσανουφις) col.IX. lin.29. Forma huius abbreviationis rara eſt.

Quinta, finis n. Ορσανουφεως, col. IV. lin. 1. N. Παλανεως (a Παλανις) col. V. lin. 10.

Sexta, finis n. Ταοννωφρεως, col. IV. lin. 29.

Septima, finis n. Ορσανουφεως, col. V. lin. 33. Haud rara eſt haecce abbreviandi ratio, in qua etiam, quemadmodum & praecedenti, ϥ Aegyptium pro φ obſervandum eſt.

Locus inſignis, qui huius abbreviationis vim probat, eſt col. VIII. lin. 1. ubi terminatio n. Φογημεως (ſine dubio a Φογημις) quod col. VII. lin. 3. ut in ſpecimine huius loci cernitur, ſolita ratione abbreviatum eſt, plene & clare ſcribitur.

Digitized by Google

bitur. Sic & terminationes nn. Θερμουθιας col. VI. lin. 25. Αρφαηλεως col. XII. lin. 10. (quorum illud in caſu recto Θερμουθ & Θερμουθις, hoc Αρφαηλις ſcribitur) perſpicue leguntur.

Num. II.

Septem abbreviationes, quae eandem fere formam habent, vim autem diverſam.

Prima, ultimam ſyllabam v. ὁρμου (a ορμος *ſtatio navium*) denotare videtur; occurrit autem col. I. lin. 3. cuius ſpecimen conferatur. Literae ορμ. certae ſunt, collatis enim ceteris locis, ubi haec nota occurrit, omiſſam ſyllabam a lit. μ incipere, efficitur. Lectio ορμου, quam in textu poſui, magnam quidem veritatis ſpeciem habet, eique aliquid opponi poſſe vix credam (conf. not. ad loc. laud.) feſtinantius tamen ult. literas ου in textum recepi, nam iuxta regulam, quam in eodem vulgando mihi propoſueram, omittendae eſſent. Haec autem libertas, quum ipſius archetypi ſpecimen exhibeatur, excuſari poſſe videtur.

Secunda, finis n. Χαιρημονος (a Χαιρημων) col. I. lin. 5. quemadmodum & col. VII. lin. 5.

Tertia, finis n. Ευδαιμονος (ab Ευδαιμων) quod frequenter hoc modo abbreviatur, ut col. VIII. lin. 6. IX. lin. 11. plene autem ſcribitur col. IV. lin. 18. 19. V. lin. 25. & aliis in locis, ita ut de huius, quemadmodum & praecedentis abbreviationis vi dubitari nequeat: etſi enim ipſa terminatio Χαιρημονος nullibi plene ſcripta ſit, forma tamen, quae eadem eſt ac n. Ευδαιμων, eandem quoque flexionem requirit. Hae ſolae igitur vim certam habent, reliquarum autem ſignificatus ex ipſo monumento probari nequit.

Quarta col. III. lin. 7. occurrit, qua terminationem n. Πτολεμαϊος (a Πτολεμαϊς nom. viri, conf. col. V. lin. 6.) quae col. XII. lin. 18. ſatis perſpicua eſt, abbreviari ſuſpicor; quum autem hoc incertum ſit, ſolas literas Πτολεμ, quae certae ſunt, in textu poſui.

Quinta, ſine dubio abbreviatio v. ποιμην, quae multis in locis occurrit, ut col. V. lin. 2. 4. 13. ipſa autem vox nullibi

 plene

plene ſcribitur, ita ut abbreviationis vis probari nequeat. Solas literas ποιμ in textu notavi; ipſa enim nota, ut ſupra monui, primam omiſſae ſyllabae literam μ in ſe continet.

Sexta, quae etiam col. V. lin. 26. exhibetur, eandem procul dubio vim habet; hic autem nom. patris (Πρωτα a Πρωτας) cum voce adiecta una ſerie ſcriptum eſt, conf. not. ad loc. laud. Obſervanda eſt in ſcriptura huius loci ſimilitudo lit. π mediae cum lit. ν, quam & in alphabeto chartae animadvertimus.

Septima in fine vocis, quae fere deleta eſt, col. II. lin. 14. cernitur, quam ideo ceteris adiunxi, quia cum iiſdem ratione formae ſimilitudinem habet; eam autem & aliam eſſe & aliam vim habere ſuſpicor, conf. not. ad loc. laud.

NUM. III.

Quatuor abbreviationes, litera δ in fine vocis ſupra lineam notata formatae, quae in charta Borgiana multum frequentantur. Eandem quoque abbreviandi rationem in libris ſcriptis ſaepius deprehendimus, qua vulgo terminationes ſec. caſ. δος aut δου (ut Πτολεμαΐδος a Πτολεμαΐς, Ηρωδου ab Ηρωδης) ſignificantur, ita ut harum abbreviationum vis etiam ex uſu codicum cognita ſit & certa.

Prima, finis n. Πτολεμαΐδος (a Πτολεμαΐς) col. I. lin. 3. conf. ſpecimen. Diverſa eſt abbrev. ſec. caſ. Ισιδος, conf. ſpecim. col. VII. lin. 23. & not.

Secunda, finis nominis, cuius primae literae fere detritae ſunt, col. III. lin. ult. conf. not. videtur tamen ſcriptum fuiſſe Μαιονδ, quod adeo eſſet Μαιονδος (a Μαιονις) aut Μαιονιδου (a Μαιονιδης).

Tertia, finis n. Ηρωδου (ab Ηρωδης) col. IV. lin. 11. 12. quod variis in locis plene ſcribitur, ut col. IV. lin. 21. VIII. lin. 17. & alibi.

Quarta, finis n. Ευδαιμονιδος (ſine dubio ab Ευδαιμονις nom. mul.) col. XII. lin. 29. Quum autem Ευδαιμονις in caſu recto nullibi inveniatur, terminationem ſec. caſ. ut incertam e textu omittendam eſſe duxi.

NUM.

Digitized by Google

NUM. IV.

Septem abbreviationes, quarum notae vi & ſignificatu multum variant.

Prima (ad quam ultima etiam referri poteſt, quam ſolam fragm. I. col. I. lin. 13. exhibet) eſt abbreviatio v. αδελφος, quae nempe col. VIII. lin. 2. (cuius exhibetur ſpecimen) plene ſcripta eſt: haec abbreviatio in charta Borgiana admodum frequens eſt, ut col. I. lin. 6. 7. (conf. ſpecimen) col. III. lin. 3. v. lin. 3. Plenam abbreviationis ſcriptionem in textum ubique recepi.

Secunda duas in ſe complectitur, quas quidem (primam ex col. III. lin. 16. alteram ex col. VI. lin. 18.) ob ſcriptionis varietatem enotavimus. In ipſo quidem monumento haec abbreviatio nullibi plene ſcripta eſt, in codicibus autem voces, in λος & λης deſinentes, ſimili fere modo abbreviatae reperiuntur; accedit quoque, quod v. δουλος, eodem modo abbreviata, col. I. lin. 9. plene ſcripta ſit. Hinc nullum eſt dubium, quin legendum ſit βουκολος, quod & ubique in textu poſui.

Tertia col. V. lin. 5. occurrit, cuius autem vim & ſignificatum ignoro, conf. not. ad loc. laud. Plures in hac voce abbreviata ſyllabae deeſſe videntur, quapropter & in adnotatione critica αποδουλος legendum eſſe duxi; hanc autem coniecturam reprobo, collatis enim ceteris vocibus, eadem nota compendiaria abbreviatis, omiſſam ſyllabam a lit. λ incipere, colligitur; quam literam ipſa quoque abbreviationis forma aliquo modo arguere videtur. Solus locus, huic opinioni contrarius, eſſet col. XI. lin. 2. 3. 4. (conf. ſpecimen) ubi voce καλαμευ, eadem abbreviationis nota ſignata, vocem καλαμευτης *piſcator* ſignificari in nota ad loc. laud. ſuſpicabar; credo autem ibi potius legendum eſſe καλαμαυλης aut καλαμαυλητης, idem quod μοναυλος, vid. Athen. deipnoſ. lib. IV. p. 176. c. nam, ut in alphabeto iam monui, tanta eſt in nonnullis locis litt. α & ε ſimilitudo, ut una pro altera facile accipiatur; neque etiam, loco iam attentius conſiderato, lectionem καλαμαυ alteri, quam in textu poſui, praeferendam eſſe dubito. Sic v. αυλητης,

 ut

ut nomen conditionis, col. VII. lin. 19. plene ſcriptum occurrit, conf. eiuſdem col. lin. 15.

Quarta col. IX. lin. 16. exhibetur, alias ſemper eo modo, quem num. 10. exhibuimus, abbreviatur: ipſa autem abbreviationis nota, ut modo dixi, literam λ in ſe continet, ita ut de lectione λαχανοπωλης, quam & ubique recipiendam eſſe duxi, ut mihi ſaltem videtur, dubitari nequeat.

Quinta, quae ob variam ſcriptionem iteratur, frequentiſſima eſt, ut col. VII. lin. 4. & 12. unde duas has formas deſcripſimus: ipſa autem v. δουλος col. I. lin. 9. plene ſcribitur, &, ut equidem ſuſpicor, col. II. lin. penult. conf. not.

Sextam col. VII. lin. 11. offendimus, cuius autem vim definire nequeo, ipſum enim nomen nullibi plene ſcriptum deprehenditur, conf. not. ad loc. laud. De ultima litera, quam pro λ accepi, iam valde dubito.

Septima admodum frequens eſt, ut col. VIII. lin. 7. 9. 10. & 12. ubique eodem modo ſcripta: lectu vero difficillima foret, ni integra vox col. VIII. lin. 27. (cuius ſcriptionis ſpecimen exhibetur) ſervata eſſet, unde etiam lectio εμπλατης in textum ubique recepta eſt.

Num. V.

Tres abbreviationes terminationis ων & ſec. caſ. ωνος, in charta Borgiana admodum frequentes.

Prima duplicem vim habet, denotat nempe terminationem ων in n. Κρονιων col. IV. lin. 19. & 27. V. lin. 7. quod multis in locis plene ſcribitur, ut col. IV. lin. 17. & 21. VII. lin. 23. Eandem quoque vim habet in n. Νεανιων col. IV. lin. 9. & lin. ſeq. in n. Πλουτιων, quod col. V. lin. 21. plene ſcriptum legitur. Denique etiam in n. Πωλιων col. XII. lin. 6. quod plene ſcribitur col. VIII. lin. 17. & n. Αθηνιων col. X. lin. 19. Significat autem terminationem ſec. caſ. ωνος in n. Κρονιωνος col. VII. lin. 8. VIII. lin. 22. & 24. IX. lin. 21. X. lin. 1. quae terminatio variis in locis plene ſcribitur, ut col. VII. lin. 13. X. lin. 27. In n. Σαραπιωνος col. IX. lin. 19. quod etiam col. IV. lin. 27. & alibi plene ſcribitur.

Occur-

Digitized by Google

Occurrit eadem abbreviationis nota col. X. lin. 19. ſupra literas Διαϱι, ubi in adnot. crit. Διαϱιος (a Διαϱις, ut Κϱονις, ιος) legendum eſſe conieci; indicat autem & ibi, ut videtur, terminationem ωνος, ita ut legendum ſit Διαϱιωνος (a Διαϱιων) nomen, quod aliunde mihi haud innotuit.

Secunda & *tertia* ſolam terminationem ſec. caſ. ωνος exprimunt: illa in n. Κϱονωνος col. II. lin. 8. haec in eodem nomine col. IV. lin. 6 Perſpicitur ergo quam varia ſit huius abbrev. forma.

Primam abbreviationem terminationis ων in libris ſcriptis invenimus, ut in cod. ſermonum Stobaei bibl. caeſ. Vindob. quem, quum Vindobonae morarer, cum impreſſis totum contuli, quique etiam inter eos, quos hucuſque videre mihi obtigit, praeſtantiſſimus eſt.

NUM. VI.

Septendecim abbreviationes, quarum forma plerumque in eo conſiſtit, ut prima omiſſae ſyllabae lit. τ aut ϑ in fine vocis ſupra lineam notetur: his abbreviationibus, quas ſecundum ordinem columnarum digeſſimus, partim terminatio ſec. caſ. της, τος aut ϑος, partim etiam ultima ſyllaba caſ. recti της innui videtur.

Prima col. I. lin. 6. occurrit & in ſpecimine loci cernitur; eam αυτης ſignificare monſtrat art. ſec. caſ. της, qui praecedit; iteratur autem col. IV. lin. 30. Eandem abbreviandi rationem in codicibus ſaepius offendimus.

Secunda, ſine dubio finis n. Πανσιτος (a Πανσις) col. III. lin. 9. Primae huius abbreviationis literae ſunt σι, in fine autem litera τ, lineae ſuperſcripta, flexionem ſec. caſ. indicat; primae nominis literae deletae ſunt, conf. not. ad loc. laud.

Tertia, finis n. Απολλωνουτος (ab Απολλωνους, nom. mul.) col. III. lin. 24. conf. not.

Quarta, finis n. Ηϱακλουτος (ab Ηϱακλους) ut in not. ad col. III. lin. 25. divinabam. Haſce terminationes, ut peregrinas nec ullibi plene ſcriptas, e textu omiſi.

Quinta, ſine dubio abbreviatio ſec. caſ. n. Πελαϋϑος (a Πελαϋϑ) col. III. lin. ult. conf. not. Eandem & infra col. XI. lin. 18. videbimus.

Sexta,

Digitized by Google

Sexta, & *ſeptima*, finis v. ῥαβδιστης, quarum illa col.IV. lin.11. haec lin. mox ſeq. habetur. Hanc abbreviationem propter varietatem ſcriptionis iteravi, conf. not. ad col. IV. lin. 11. eiuſque ſpecimen.

Octava, finis n. Αννητος (ab Αννης) col.IV. lin.26. Eandem quoque offendimus in n. Πανεητητος (a Πανεητης) col. XII. lin.32. & n. Ισαλητος (ab Ισαλης) col. VI. lin. 22.

Nona, finis n. Ανισαειτος (ab Ανισαης) col.V. lin.30. conf. not. ipſam autem terminationem Ανισαειτος integram exhibet col.VIII. lin.32. Character, qui literam τ praecedit, eſt ſolitus ille nexus diphthongi ει, cuius formae frequentiores num.XIV. exhibentur.

Decima, finis n. Τεφορσαϊτος (a Τεφορσαϊτ) quae admodum frequens eſt, ut col.VI. lin.5. 6. VIII. lin. 4. 5. Terminatio ſec. caſ. integra col.X. lin.14. XI. lin. 30. perſpicue legitur, quae & in textum ubique recipienda eſſet.

Undecima, abbreviatio ſec. caſ. n. Χαριτος (a Χαρις nom. mul.) col. VI. lin. 9. conf. not.

Duodecima una cum *decima tertia*, quarum illa finem n. Κελλαϋτος (a Κελλαϋτ) col. XI. lin. 4. conſtituit, haec autem n. Κολλαϋθος (a Κολλαϋθ) ibid. lin. 18.

Decima quarta, finis n. Θεοδουτος (a Θεοδους) col.XI. lin.1. XII. lin. 13.

Quae ſequuntur a praecedentibus vi aliquantulum differre videntur.

Decima quinta, finis n. Θερμουθ aut Θερμουθεως (a Θερμουθις) col. VI. lin. 7. ipſa enim terminatio ſec. caſ. Θερμουθεως col.VI. lin.25. perſpicue legitur; ſuſpicor tamen nullam hocce abbreviationis ſigno flexionem ſec. caſ. indicari, Θερμουθ autem iuxta formam terminationis Agyptiae ſine flexione legendum eſſe, conf. not. ad col. II. lin.4.

Decima ſexta, procul dubio abbreviatio v. αυλητης col.VII. lin.15., quae & ibid. lin.19. plene ſcribitur: haec igitur abbreviatio eandem vim habere videtur, quam ſexta & ſeptima.

Decima ſeptima, abbreviatio ſec. caſ. n. Πρωτα (a Πρωτας) col.VII. lin. ult. conf. not. & ſpecimen: hoc nomen eodem modo abbreviatur col.XI. lin.13. alias ſemper plene ſcribitur.

NUM.

Digitized by Google

Num. VII.

Tres abbreviationes ſec. caſ. in ὀυ.

Prima ſec. caſ. art. του indicat col. I. lin. 5. conf. ſpecimen. In codicibus autem eadem abbreviationis nota terminationem tert. caſ. indicat.

Secunda, finis n. Τυραννου (a Τυραννος) col. III. lin. 26.

Tertia, finis n. Ψεναευτου aut Ψεναευτου (a Ψεναευτης forſan) ibid. lin. 27. conf. not.

Num. VIII.

Sub hoc numero exhibentur abbreviationes ſeu potius ſigla v. απατωρ, quae lectioni chartae noſtrae tantas tenebras obfuderunt, quorumque ſenſum & vim tarde demum detexi. Primum quidem hoc me attentum fecit, novumque aliquid inveniendi exſpectatione ſuſpenſum, quod haec ſigla iis potiſſimum locis, in quibus nomen patris non adiungitur, inſerta eſſent, varieque hac de re opinabar; donec tandem textum chartae aſſidue deſcribendo, quae unica cuiuſque monumenti difficilis legendi via eſt, locus (col. I. lin. 10. conf. ſpecimen) vetuſtate ſatis detritus, ubi vox απατωρ plene ſcripta haud obſcure legitur, ultro ſe oculis meis obtulit. Animadverti tum huius abbreviationis literas, quas ſemper pro ας acceperam (nam ult. litera vel potius literae ductus formae lit. σ antepenultimae aut penultimae in alphabeto chartae perquam ſimilis eſt) απ, veloci calamo unitas, legendas eſſe. Interea tamen clariorem adhuc deſiderabam locum, qui lectionem απατωρ extra omne dubium collocaret, cui voto etiam fragm. XXI., quod tardius quidem mihi ad manus venit, omnino ſatisfecit: huius enim fragmenti linea penultima, ut in ſpecimine cernitur, vocem απατωρ, & quidem claris literis ſcriptam, integram ſervavit, quae claritate ſua omnem adeo prioris loci obſcuritatem diſpulit, ut, duplici ipſius monumenti auctoritate niſus, plenam vocis ſcriptionem textui ubique inſerere nullus dubitaverim. Frequentiſſima ſunt haec ſigla, ex quibus eas tantum formas delegi, in quibus varietas quaedam animadvertitur, & ad quas reli-

quae

Digitized by Google

quae omnes referri poſſunt : omnia autem ad tres formas, quas in principio huius numeri congeſſi, reduci poſſunt.

Prima nempe col. III. lin. 25. occurrit; in eo autem a ceteris differt, quod lineola, ſequentibus ſuperſcripta, deſtituta ſit.

Secunda, quae ibid. lin. penult. cernitur, lineam curvatam ſibi impoſitam habet, qua etiam a ceteris diſtinguitur.

Tertiam denique, a praecedentibus paulo diverſam, exhibet col. IV. lin. 9.

Prima abbreviatio, quae haſce tres ſiglorum formas ſequitur, frequens eſt, & in fine praecedentibus abbreviationibus ſimilis : eſt nempe abbreviatio ſec. caſ. n. Σαραπιωνος col. IV. lin. 25. variiſque in locis, quod mox ibid. lin. 27. plene ſcribitur : etiam ſec. caſ. n. Σαραπιουτος (a Σαραπιους) col. X. lin. 6. quod etiam plene ſcriptum col. IX. lin. 28. (conf. not.) haud obſcure legitur.

Secunda obſcurae ſcriptionis cauſa huc inſerta eſt; prima enim ſyllaba finis eſt n. Απταχις, unitus cum abbreviatione v. απατωρ, quae hic difficulter agnoſcitur. Occurrit col. IV. lin. ult. ubi legitur : Απταχις, απατωρ, Δημητριος. N. Δημητρις eſt nom. matris, conf. not.

Ultimam, quoniam cum abbreviatione v. απατωρ ſimilitudinem habet, ex col. VI. lin. 12. cuius ſpecimen exhibetur, repetii : his enim inter ſe collatis, literae ιτ, ſimili modo exaratae, ſatis inclareſcunt. Huius abbreviationis vim ignoro, vid. not. ad loc. laud.

Num. IX.

Prima & *ſecunda*, abbreviationes vocis ανδρες, quae in ipſa charta eiuſque fragmentis obviae ſunt : ipſe locus, ubi adhibetur, numerus etiam operariorum, hiſce literis ſolito more adnexus, lectionem v. ανδρες clare indicant. Nunquam quidem v. ανδρες in ipſa charta plene ſcribitur, at in vocibus adeo cognitis & extra dubium conſtitutis, praeſertim quum in ſiglis & ſpeciminibus abbreviata vocis ratio ad textum archetypum toties

toties expreſſa ſit, textum mutilare aut truncare nolui, in rebus alioquin obſcurioribus & incertis cautior.

Prima abbreviationis forma exhibetur col.I. lin.4. VI. lin. ult. XII. lin.14. conf. horum locorum ſpecimina.

Altera in fine vocis incognitae col.I. lin.4. conf. ſpecimen.

Vocem, ſimili modo truncatam, hiſce abbreviationibus adiunxi ex col.V. lin.20. quomodo autem legenda ſit, neſcio: in adnotatione critica vocem αποδουλος ſignificari ſuſpicabar, conf. not. ad loc. laud.

NUM. X.

Haud infrequens eſt haec nota compendiaria, qua (ut ex locis, ubi vis eius definiri poteſt, perſpicitur) plurium ſyllabarum omiſſio ſemper indicatur: quodque etiam ex vocibus abbreviatis, quas hic exhibui, evincitur. Occurrit quidem vox, col. VI. lin. ult. IX. lin. 7. XII. lin.15. (conf. ſpecimina) & fragm. II. col. I. lin. 4. (conf. not.) cui eadem nota adhaeret; hanc autem, toties in ſpeciminibus repraeſentatam, repetere nolui, quemadmodum & vocem col. XI. lin. 26. cuius quoque ſpecimen habetur, conf. not. ad loc. laud. Notam haud abſimilem interdum etiam in antiquis codd. ſacris, at primis literis vocis breviatae impoſitam, invenimus, ut literis ευ vocis, in principio homiliarum obviae, ευλογητον (ſc. κυριε), etiam literis απο i. e. αποστολος. haec autem ſcribendi compendia nunquam niſi in formulis aut vocibus uſu frequenti cognitis adhibentur. Hic ergo numerus trium tantum vocum abbreviationes complectitur, quarum prima ob ſcriptionis varietatem iterata eſt.

Prima, ſub qua duae ſcriptiones unius eiuſdemque vocis λαχανοπωλης (cuius lectionem ſub num. IV. conſtituimus) paululum a ſe diverſae comprehenduntur: *illam* nempe exhibent col. VI. lin. 19. VIII. lin.8. X. lin.21. *hanc* autem col.VII. lin. 32.

Secunda in textu vulgato male deſcripta eſt; legendum enim eſt Παμο, nec cum duplici μ, ut ibi vitioſe legitur;

Digitized by Google

duabus autem vicibus col. VII. lin. 32. VIII. lin. 8. habetur. Videtur eſſe abbreviatio ſec. caſ. n. Παμουνεως ſive Παμουνιος (a Παμουνις) quod iteratis vicibus col. VII. lin. 28. XI. lin. 15. plene ſcriptum eſt.

Tertiam, quae abbreviatio eſt ſec. caſ. n. Θαναπναχεως (a Θαναπναχις) unice exhibet col. VIII. lin. 33. ipſum autem nomen col. I. lin. 5. (conf. ſpecimen) col. II. lin. 11. IX. lin. penult. plene ſcriptum reperitur.

Num. XI.

Habemus hic quatuor diverſas ſcriptiones terminat. ſec. caſ. ονος ſive ωνος, quarum

Prima, quae literas ονος, uno calami ductu exaratas, exhibet, finis eſt ſec. caſ. Ευδαιμονος col. V. lin. 25. VI. lin. 26. & pluries.

Secunda, finis ſec. caſ. Κρονιωνος, Σαραπιωνος, Πωλιωνος, & aliorum.

Tertia (nempe ſec. caſ. n. Ηρωνος col. VII. lin. 12.) rara eſt; cernitur quoque in fine n. Ευδαιμονος col. X. lin. 2.

Quarta, finis ſec. caſ. n. Πωλιωνος col. VII. lin. 30. in qua nexus literarum λι inprimis notandus eſt, qui in nonnullis locis lectionem chartae obſcurat; ſcriptio autem literarum νος ſaepius occurrit.

Num. XII.

Praepoſitio απο, quae uno ductu ſcripta eſſe videtur, etiam in ſpecim. col. I. lin. 3. exhibetur.

Num. XIII.

Dedimus ſub hoc numero abbreviationem v. μητηρ, una cum eiuſdem ſiglis, quae ad quatuor formas, quas hic repraeſentavimus, reduci poſſunt: praecedit nempe abbreviatio ſec. caſ. μητρος, quem exigit ſec. caſ. ipſius nominis, cui praeponitur, aut της αυτης, quod in nonnullis locis ſequitur, conf. ſpecim. col. I. lin. 6. & primam abbrev. num. VI. Ubique etiam in caſ. ſec. nom. matris adiungitur, exceptis duobus locis

Digitized by Google

locis col. XI. lin. 19. XII. lin. 3. ubi in adnotatione critica caſum rectum nom. matris, ut rarum atque inſolitum, animadvertimus. Literas μητ inter nomina patris & matris inſertas, aut etiam, ubi nomen patris deeſt, nomini matris praefixas, vix aliud ſignificare poſſe credo; hinc etiam in re tam clara & indubitata, praeſertim quum ſcriptionis archetypi tot ſpecimina data ſint, libertatem, qua hanc vocem abbreviatam in textu vulgato plene ſcripſerim, a perito nemine improbatam iri ſpero.

Ubi literis μητ nullum ſuperfuit ſpatium, adhibita ſunt ſigna, ipſam vocem denotantia, ſive ſigla, quorum quatuor formae, ex pluribus ob exiguam ſcriptionis diverſitatem ſelectae, hic exhibentur.

Prima, χ Gr. ſimilis, rara eſt, & col. I. lin. 5. (conf. ſpecimen) nomini Θαναπναχις ob lineae anguſtiam praefixa cernitur.

Secunda & *tertia* admodum frequentes ſunt: *Illa* nempe col. II. lin. 11. *haec* ibid. lin. 14. adhibetur.

Quarta, minus frequens, col. IV. lin. 28. X. lin. 24. reperitur.

Interdum etiam, ut in adnotatione critica obſervatum eſt, haec ſigla ob loci anguſtiam omittuntur, ut col. IV. lin. 29. & ult. in ſpeciminibus autem eiuſmodi omiſſionis exempla habentur col. IV. lin. ult. VII. lin. ult. XI. lin. 24.

NUM. XIV.

Nexus literarum ει, qui obvius eſt, cuiuſque formas frequentiores hic exhibuimus.

Prima col. I. lin. 8. *Secunda*, ceteris frequentior, col. III. lin. 7. *Tertia*, praecedentibus minus frequens, col. XIII. lin. ult. habetur. Huc pertinet quoque abbrev. nona num. VI. in qua forma litt. ει ab iis, quas hic congeſſimus, paululum variata eſſe videtur.

NUM. XV.

Litterae ιε (col. II. lin. 13.) ſine dubio ſunt duae priores literae vocis ιερεως, quae mox lin. 8. praeceſſit, ut etiam

in adnot. crit. ad loc. laud. opinabar : neſcio , an virgula adnexa abbreviationis nota ſit. Aliam quoque , ut opinor , eiuſdem vocis (col. IX. lin. 7. XII. lin. 15.) abbreviationem , notata tantum prima & ult. vocis litera , offendimus , quam hic repetere , quum duo eiuſdem ſpecimina data ſint , ſupervacuum eſſe putavi , conf. not. ad col. IX. lin. 7.

NUM. XVI.

Nexus obſcurior literarum δι , qui admodum frequens eſt , ut in literis διαx , qui ſub num. ſeq. exhibentur , in v. διακων col. VII. lin. 16. 17. 18. 20. in v. διωρυχ (pro διωρυχα) col. VII. lin. 3. IX. lin. 8. & in fragmentis ſaepiſſime . In eo autem a ϥ Aegyptio chartae Borgianae diſcernitur, quod ſuperior pars fere clauſa ſit , in ϥ autem aperta .

NUM. XVII.

Litterae διαx. (col. IV. lin. 15.) vocem διακων , ob lineae anguſtiam abruptam , indicare videntur , conf. not. ad loc. laud. nec aliter ſine dubio ſcripta fuit col. III. lin. 14. ubi clara earundem literarum veſtigia in fine lineae cernuntur.

NUM. XVIII.

Primus character eſt nexus literarum Ισ , qui obvius eſt : priores literae Ισι initium n. Ισιδωρος (col. IV. lin. 23.) poſteriores Ισα initium n. Ισαλης (col. VI. lin. 22.) conſtituunt.

NUM. XIX.

Nexus literarum ων , qui in fine nominum , in ων deſinentium , Κρονων , Πωλιων , Σαραπιων & aliorum frequenter occurrit .

NUM. XX.

Abbreviatio ſec. caſ. n. Δημητριος (a Δημητρις) col. IV. lin. ult. eadem quoque abbreviationis nota Ορσενουφι ſuperſcripta eſt col. XI. lin. ult. qua literae ος omiſſae ſignificantur , conf. not. ad col. IV. lin. ult.

NUM.

Digitized by Google

Num. XXI.

Sine dubio duae priores literae n. Ταοϱσανουφεως, brevitatis cauſa primis literis notati, col.v. lin.9. nam idem nomen plene ſcriptum proxime praeceſſit, conf. not.

Num. XXII.

Prima litera v. κουρευς cum lineola adſcripta col.xii. lin.7. habetur, conf. not.

Num. XXIII.

Abbreviatio ſec. caſ. Τουρβωνος col.xii. lin.23. qui mox plene ſcribitur ibid. lin.30. quare & in textu vulgato plenam ſcriptionem poſuerim.

Num. XXIV.

Abbreviatio v. Χηνοβοσκος fragm.I. col.I. lin.9., ut in nota ad hunc locum ſuſpicabar.

ADDEN-

ADDENDA
IN TEXTUM CHARTAE PAPYRACEAE.

Ad pag. 49. *in col.* III. *lin.* 9.

Cum his conferenda ſunt ea, quae pag. 90. lin. 12. notavi: in hoc autem erravi, quod n. Σακαδας ad formam Graeco-Aegyptiam retulerim, Σακαδας enim accentum in penult. habet, nec a vulgari flexione diſcedit.

Ad pag. 55. *in col.* IV. *lin.* 7.

In hoc quoque hallucinatus ſum, quod lit. τ in fine n. Πεννι negligentia ſcribae omiſſam eſſe crediderim; eiuſmodi enim nomina Graeco-Aegyptii duplici modo flectunt: Πεννις, Πεννιτος & Πεννι. Πασις, Πασιτος & Πασι. Ορσις, Ορσιτος & Ορσι.

Ad pag. 57. *in col.* IV. *lin.* 23.

Exemplum, quod ex Ηρων Ερμη deſumptum eſt, huc non pertinet; nam Ερμη eſt nom. patris a Ερμης, quod Ερμης, Ερμη flectitur, ut Ισαλης Ισαλη, Κοπρης Κοπρη, & alia.

Ad pag. 57. *in col.* IV. *lin.* 31.

Falſa eſt haec nota; nam Ισαλη eſt caſ. ſec. ab Ισαλης, quod a Graeco-Aegyptiis duobus modis flectitur: Ισαλης, Ισαλητος & Ισαλη. Αννης, ητος & η. Παυνητης, ητος & η.

Ad pag. 59. *in col.* V. *lin.* 1.

Exemplum, quod ex terminat. n. Ερμη ad terminat. n. Φθωυθη in inſcript. monum. Quiriniani probandam attuli, reiiciendum eſt: nam, ut modo dixi, Ερμη eſt caſ. ſec. a Ερμης. Interea in fragm. IV. lin. 8. nominis, in η deſinentis, reliquiae adſunt: quam terminationem nominum Aegyptiorum cum termi-

Digitized by Google

terminat. in ι (quia ſc. η & ι a Graecis eodem fere ſono efferuntur) ſaepius commutari deprehendimus, ut etiam ſummus Barthelemy (*Mem. de l'Acad. des Inſcript.* tom. XXXII. p. 210.) animadvertit : adeoque incertum eſt, ſitne pronunciandum ΦΘωῦΘη an potius ΦΘωῦΘι, quae quidem terminatio multo frequentior eſt.

Quod autem characteres peregrinos inſcript. monum. Quiriniani attinet, memorabilis eſt illa ſimilitudo, quae inter hos characteres, eoſque, quos inſcript. Pocockiana exhibet, ſatis evidens eſt, conf. adnotat. palaeogr. pag. 118.

Ad pag. 60. ibid.

In libro inſcripto : *Altichiero*, *a Padoue* 1787. 4., ubi antiqua monumenta villae Senatoris Quirini tabulis inciſa exhibentur & deſcribuntur, auctor explicationis, cuius in illuſtrando monum. Quiriniano ex literis ampliſs. Praeſulis Stephani Borgiae mentionem fecimus, nominatur; quum autem in hoc libro interpretatio viri doctiſſimi auctior ſit & locupletior, quam in literis ampliſs. Praeſulis, ea, quae ibi deerant, quaeque ad inſcriptionem monumenti explicandam faciunt, hic adiiciemus.

In notis nempe ad librum ſupra laudatum pag. 72. 73. interpretatio monum. Quiriniani ex literis cl. Villoiſoni ad cl. Abb. Morellium publicata eſt, verba, quibus auctor notarum hanc interpretationem commendat, ſunt haec :

Les amateurs me ſauront gré ſans doute de rapporter ici ce que le ſavant Abbé Morelli, Garde de la Bibliotheque de S. Marc a Veniſe, m' écrit au ſujet des Tables Iſiaques, dont Mr. le Senateur avoit fait parvenir le deſſein au celebre Mr. Anſſe de Villoiſon, pour en avoir l' interpretation de ce, qu' on avoit gravé ſur le monument.

Iam proferuntur literae cl. Abbatis, in quibus explicatio eruditiſſimi Villoiſoni enarratur, quarum ea, quae ſcopo noſtro inſerviunt, deſcribam :

Il omet la primiere lettre, qu' on ne peut reconnoître; ainſi que celle, qui precede immediatement le mot Φαρτος, (ſed quo iure non video ; in literis ad ampliſs. Praeſulem ſcriptis vir doctus hoſce characteres ut ornatus ſculpturae conſideravit,

qua

qua quidem opinione eos omittendi ratio adeſſet), *mais ſi cette derniere n'eſt pas une ſyllabe* ZE *ou* ΞE, *qu' il faille ajouter au mot, qui ſuit, de maniere qu' on liſe* Ζεφαρσος *ou* Ξεφαρσος. (Eiuſdem quoque opinionis literae ampliſs. Praeſulis mentionem faciunt; at non perſpicio, quomodo vir doctus ex iſto charactere ſyllabam ZE aut ΞE elicere poſſit, & quid tandem iſto nomine inaudito Ξεφαρσος aut Ζεφαρσος efficiatur. Continuatur porro): *Il eſt d'avis* (nempe ſi non ſit ſyll. ZE vel ΞE) *que c'eſt une ſigle, qui contient & indique le mot* IOZ, *avec lequel les Egyptiens indiquoient la lune, c'eſt à dire, Iſis même, comme il eſt prouvé par Jablonski dans ſon Pantheon Aegyptiorum liv.* III. *chap.* I. *pag.* 4. (Suſpicor equidem literas cl. Villoiſoni hic male intellectas eſſe aut male deſcriptas; nam IOZ, quod nihili eſt, e manu viri eruditiſſimi profectum eſſe nequit. Scribitur quidem in lingua Aegyptia ⲓⲟϩ & cum art. ⲡⲓ-ⲓⲟϩ (ἡ σεληνη, *luna*), quod literis latinis tranſcriptum ſonaret *Ioh*, aut literis Graecis IOH cum digammate Aeolico in fine; nam ϩ Aegyptiorum eſt Graecorum ſpiritus aſper. A Graecis autem vox ⲓⲟϩ ſcribebatur ιω, quam & in antiquo ſermone Argivo uſurpatam eſſe Euſtathius in Dionyſ. periegeten ad v.94. his verbis docet: Ενθα (ſc. Gazae) βους ην εν αγαλματι της Ιους, ητοι της σεληνης· ιω γαρ η σεληνη κατα την των Αργειων διαλεκτον. Quod ſi vero character iſte peregrinus monogramma ſit aut cuiuſdam vocis abbreviatio, ratio, qua vox *Ioh* ex hoc monogrammate elicitur, multum arbitraria eſt, nec probabilitas quidem perſpicietur, quamvis ipſa coniectura per ſe ingenioſa ſit & elegans: haberet nempe Iſis, ut dea πολυωνυμος, duo epitheta, *primum* θεα μεγιστη, *alterum* ιω, quatenus nempe apud Aegyptios ſymbolum lunae erat, eiuſque in fertilitatem terrae benefici influxus. Enarratur porro interpretatio viri doctiſſimi): *Mais quant au nom de Thoyth, que les Egyptiens donnoient à Mercure, rien n'eſt plus ſûr.* (Adferuntur loca illa Euſebii decantata, in quibus Θωϋθ vel Θωθ, nom. Mercurii Aegyptii, occurrit, & de quo nemo dubitat; at de terminatione Θαϋθης, ου, η, quae auctoritatem deſiderat, nihil agitur. In fine adduntur:

Il eſt

Digitized by Google

Il eſt dont évident par cette inſcription, que ce monument etoit un voeu dédié à Mercure & à Iſis. (Nos autem huius rei evidentiam nondum perſpicimus).

Ad pag. 75. *in col.* VIII. *lin.* 12.

Ex eadem radice ⲟⲣ vel ⲟⲩⲣ ſine dubio provenit Ωϱ, numen Aegyptium, quod Graeci Ωϱ & Ωϱος appellarunt, naturae maſculae & ignis aerii ſymbolum, in primis autem poteſtatis, quae calori ſolis ineſt, res procreandi procreataſque alendi, quare & cum Apolline, antiquo ſolis ſymbolo, a Graecis comparatur: multa, quae hoc illuſtrant, Jablonski (*Panth. Aegypt.* tom. I. lib. II. pag. 202. §. 2.) diligenter congeſſit. Adeoque in etymologia numinis Ωϱ conſtituenda a Jablonskio diſſentio, qui illud, partim ab ⲟⲩⲣⲟ *rex* (quatenus nempe rex mundi eſſet) partim ab ⲉⲣ-ⲟⲩ-ⲏⲣ vel ⲁⲣ-ⲟⲩ-ⲏⲣ, *qui rerum origines producit*, deducendum eſſe putavit.

Ad pag. 79.

Hierophantin Proſerpinae, ut matrem, exhibet quoque inſcriptio, a cl. Chandlero Eleuſinis reperta (*Inſcriptt.* part. II. n. 120.) Ιεροφαντιν της νεωτερας Κλ. Φιλοξεναν, Τι. Κλαυδιου Πατρωνος Μελιτεως θυγατερα, αργυρωσασαν τον βωμον της νεωτερας θεου· επιμεληθεντος της αναθεσεως του υιου αυτης Τ. Κλ. Δυσιαδου, του Τι. Κλ. Πατρωνος υιου, Μελιτεως. Επι ιερειας Κλ. Τιμοθεας.

Exiſtimandum eſt, hierophantis patri & marito eadem fuiſſe nomina; alias enim inſcriptio difficulter intelligitur.

Ad pag. 87. *in col.* IX. *lin.* 7.

Breviationem ſec. caſ. Ισιδος, quum duabus vicibus in ſpeciminibus data ſit, in ſiglis repetere haud neceſſum duxi; memoriae igitur lapſus eſt, ſi dixerim hanc breviationem in ſiglis exhiberi.

Ad pag. 119.

Minus adcurate dixi characterem Graecum fragm. Evangel. Ioannis Muſei Borgiani ſimilitudine ad characterem Copticum

S pro-

Digitized by Google

propius accedere ; quin potius dicendum eſſet, textum Graecum huius fragmenti eodem charactere, quo textus verſionis Copticae, exaratum eſſe. Nec characterem Copticum alium eſſe video, quam Graeco-Aegyptium, quare etiam cum Didymo Taurinenſi in *Rudim. literat. Copt.* prorſus conſentio, qui pag. 39. haec bene monuit: *Nihil conſulto dataque opera ab Aegyptiis in adſcita Graecorum ſcriptura novatum eſt*. Nec aliter ſentire videtur cl. Woidius in praefat. ad Nov. Teſtam. Graec. e cod. ms. Alexandrino deſcriptum, dum pag. 15. ita ſcribit: *Aegyptiacum alphabetum* (Copticum nempe putat) *quod eſt Graecum, ſeptem literis adauctum*. Vir doctus autem & de critica ſacra inſigniter meritus in eadem praefatione aetatem fragmenti Evang. Ioannis Muſei Borgiani nimis deprimit, notatione ſpiritus aſperi, qui in quibuſdam locis cernitur, ad hoc iudicium, ut videtur, permotus; veram autem aetatem doctiſſimus eiuſdem interpres conſtituet.

Peregrinas flexiones nominum chartae Borgianae, reliquias nempe dialecti Graeco-Aegyptiae, quam parum antea cognovimus, hic uno intuitu conſpiciendas praebeo:

Deſinentia in ᾶς formant gen. in ᾶ.

Ἁρπακρᾶς, Ἁρπακρᾶ. Βαῦθλᾶς, ᾶ. Διογᾶς, ᾶ. Ζηΐλας, ᾶ. Πεϱοτᾶς, ᾶ. Σουχας, ᾶ.

Deſin. in εῖς, gen. εῖτος.

Ἀνισαεῖς, Ἀνισαεῖτος. Ἡρακλεῖς, εῖτος. Θιλακλεῖς, εῖτος.

Deſin. in ῆς, gen. ῆ & ῆτος.

Ἀννῆς, Ἀννῆ & Ἀννῆτος. Ἑρμῆς, ῆ & ῆτος. Ἰσαλῆς, ῆ & ῆτος.

Deſin. in ις, gen. formant in ι, ιος & ιτος.

Ἄμασις, Ἄμασι, Ἀμάσιος & Ἀμάσιτος. Ἑβέλαρεις, ι, ιος, ιτος. Εἰρηναΐς, ι, ιος, ιτος. Ὄρσις, ι, ιος, ιτος. Πέννις, ι, ιος, ιτος.

Deſin.

Deſin. in ιτ, υτ vel υϑ, gen. ιτος, υτος vel υϑος.

Τεφορσάϊτ, Τεφορσάϊτος. Ταέυτ, Ταέυτος. Κόλλαυϑ, Κολλάυϑος & Πελάυϑ, Πελάυϑος.

Deſin. in οῦς, gen. οῦτος.

Ἀπολλωνοῦς, Ἀπολλωνοῦτος. Ἡρακλοῦς, οῦτος. Πτολλαροῦς, οῦτος. Σαραπιοῦς, οῦτος.

Deſin. in ῶς, gen. duplici modo formant in ῶ & ῶτος.

Ἀπολλῶς, Ἀπολλῶ & Ἀπολλῶτος. Θαισῶς, ῶ & ῶτος. Τεφορσῶς, ῶ & ῶτος.

In formis nominum circumflexis, quas Graeco-Aegyptii amant, τὸ πλατὺ pronunciationis orientalis facile agnoſcitur.

Antequam huic operi finem imponam antiquitatis & literarum humaniorum ſtudioſos haud latere volui operam criticam, quam per plures annos Sermonibus Io. Stobaei navavi, in id incumbens, ut textum ex melioribus codicibus emendatum, atque a vitiis, quibus hinc & inde abundat, repurgatum uſui publico accommodarem; quam operam etiam, quod literaturam antiquam attinet, haud inutilem fore & ſupervacuam ſpero; de Eclogis, quae idoneum ſuum reſtitutorem invenerunt, edendis nunquam cogitavi.

Editiones *Sermonum Stobaei*, ut eruditis notum eſt, ad duas claſſes referri poſſunt, *prima* nempe Stobaei ſermones breviores, *altera* pleniores exhibet: in *prima claſſe* collocandae ſunt ed. Veneta per Io. Fr. Trincavellum, MDXXXV. prima Baſileenſis, MDXLIII. ad *ſecundam claſſem* pertinent altera Baſil. MDXLIX. Geſneriana Dilingae, MDLVI. Wecheliana Francofurti, MDLXXXI. repetita Aureliae Allobrogum, MDCIX. Haec editionum diverſitas eandem quoque in mſs. differentiam arguit: dolendum autem eſt, maiorem eſſe eorum codicum numerum, ex quibus primae editiones provenerunt, quam eorum, ex quibus recentiores adauctae ſunt & locupletatae. Sic omnes *Sermonum Stobaei* codices, qui Romae adſunt, quoſque omnes conſului,

Digitized by Google

ſului, ex eodem omnino archetypo deſcripti ſunt, cui textus primarum edd. *Trincavelli* nempe & *primae Baſil.* originem ſuam debent. In *bibl. Vaticana* duos tantum codices, qui *Stob. ſermones* continent, inveni (ſub nn. 954. & 955.) unum in 4. alterum in fol. chartaceos, ſaec. XV. quorum prior negligenter ſcriptus eſt, poſterior emendatius: textum primarum edd. exacte ſequuntur, niſi quod in fine ſententiarum *Theoctiſti* poſt verba: ἅπερ αὖ κατὰ τὸ ἐναντίον χωρῆσαι. nonnulla adduntur, quae in edd. deſunt, quaeque ita incipiunt: Ἱππόμαχός τις ἦν τῶν πάλαι γεγονότων ἀνὴρ γυμναστὴς, καί ποτε ἔτυχε συγκαθεζόμενος ἄλλοις ἰδιώταις τῆς τεχνης &c. Finiuntur in ſententiis *Marci*. In fine cod. Vat. n. 954. adſcripta ſunt: Μιχαῆλος Ἀποστόλης Βυζάντιος μετὰ τὴν ἅλωσιν τῆς αὐτοῦ πατρίδος, πενίᾳ συζῶν, καὶ τόδε τὸ θεῖον βιβλίον μισθῷ ἐν Κρήτῃ ἐξέγραψεν. ſcriptus eſt igitur in Creta poſt expugnatam a Turcis Conſtantinopolin. Cum hiſce omnino conſentit is, qui in *bibl. Angelica* adſervatur, ex eodem fonte deductus & eiuſdem fere aetatis, ſatis quoque negligenter ſcriptus: interea hoſce codices etiam cum utilitate in locis difficilioribus conſului. Ad alteram codicum mſs. claſſem pertinet egregius ille cod. caeſ. Vindobonenſis, quo Vindobonae uſus ſum, cuiuſque ope permulta textus vulgati loca partim emendavi partim ſupplevi, ſcriptus, ut videtur, circa finem ſaeculi decimi: codices huius generis admodum rari ſunt, nec ſimilem adhuc inveni; etſi reg. Pariſienſis, quem tantum ex cl. Brunckii *poëtis gnomicis* cognoſco, caeſ. Vindobonenſi bonitate ac praeſtantia vix cedere videatur. Eorum omnium, quae textui *Sermonum Stobaei* emendando ex bibliothecis Anglicanis inſervire poſſunt, doctiſſimus Chandlerus, quem hic Romae cognoſcere mihi contigit, ſpem fecit; hinc, ut ſpero, ſubſidiorum criticorum nulla aderit penuria. Conſultis codicibus, opus typis paratum erit; totum enim textum deſcriptum iam ac emendatum in ſcriniis meis adſervo. Inſtitutum autem hoc erit: omittam nempe in proſaicis, ſi viris doctis ita placuerit, fragmenta *Platonis*, *Zenophontis*, *Iſocratis*, *Theophraſti aliorumque auctorum editorum*, haec enim novae editionis onera ſunt, nullumque verum

criti-

Digitized by Google

criticum uſum habent ; iis tamen ſervatis , in quibus inter textum Stobaei eumque , qui alibi vulgatus eſt , magnum aliquod diſcrimen intercedere deprehenditur , inter quae inprimis Epicteti fragmenta refero . Nullam quoque verſionem Latinam addam ; haec enim editionem minus parabilem reddit, nullamque veram utilitatem praeſtat , nec viri ſolide eruditi , qui in hiſtoriam antiquae poëſeos aut philoſophiae Graecorum inquirunt , quibuſque ſolis Io. Stobaei chreſtomathia utilis eſſe poteſt , ea indigere videntur ; cui tamen defectui commodiori forſan ratione medebor . Solum igitur textum Graecum , cuius fundus eſt editio MDCIX. exhibebo , criticis rationibus emendati textus unicuique paginae ſubiectis . Calcem textus Graeci breves notae in fragmenta difficiliora ſequentur . Addentur denique in fine operis indices auctorum & rerum : in indice auctorum Fabricii bibl. Graeca ſuppletur & corrigitur . In praefatione de auctore eiuſque fontibus agitur , editionum quoque & codicum hiſtoria critica enarratur . Interea Sermonem CIV. (Περὶ τῶν παρ' ἀξίαν εὐτυχούντων) hic ſpeciminis loco ſubiungam :

Εὐριπίδου Βελλεροφόντης (1)·

A. Τιμή σ' ἐπαίρει τῶν πέλας μᾶλλον φρονεῖν.
B. Θνήσκοιμ' ἄν· οὐ γὰρ ἄξιον λεύσσειν φάος
κακοὺς ὁρῶντας ἐκδίκως τιμωμένους.

——— Δίκτυος·

Πολλοῖς παρέστην κἀφθόνησα δὴ βροτῶν,
ὅστις κακοῖσιν, ἐσθλὸς ὢν, ὅμοιος ᾖ,
λόγων ματαίων εἰς ἅμιλλαν ἐξιών·
τὸ δ' ἦν ἄρ' οὐκ ἀκουστὸν οὐδ' ἀνασχετὸν,
σιγᾷν κλύοντα δεινὰ πρὸς κακιόνων.

(1) Sunt omnes fabularum tituli ex cod. caeſ. quem omnium hac in re adcuratiſſimum deprehendi . Videtur in h. fr. ipſe Bellerophon arrogantiam ſibi exprobranti reſpondere . Tzetzes ad Lycophr. v. 17.

——— Οἰνεῖ (1)·

Ὅταν κακοὶ πράξωσιν, ὦ ξένοι, καλῶς,
ἄγαν κρατοῦντες, κοὐ νομίζοντες δίκην
δώσειν, ἔδρασαν πάντ' ἐφέντες ἡδονῇ.

——— Ἱκετίδων (2)·

Ἠ δὴ νοσῶδες τοῦτο τοῖς ἀμείνοσιν,
ὅταν πονηρὸς ἀξίωμ' ἀνὴρ ἔχῃ,
γλώσσῃ κατασχὼν δῆμον, οὐδὲν ὢν τὸ πρίν.

Ἐν ταὐτῷ (3)·

Φεῦ, φεῦ, κακοῖσιν ὡς ὅταν δαίμων διδῷ
καλῶς, ὑβρίζουσ' ὡς ἀεὶ πράξοντες εὖ.

——— Τημενίσι·

Πολλοὶ γεγῶτες ἄνδρες οὐκ ἔχουσ', ὅπως
δείξωσιν αὐτοὺς τῶν κακῶν ἐξουσίᾳ.

Μενάνδρου Θεοφορουμένη (4)·

Εἴ τις προσελθών μοι θεῶν λέγοι· = Κράτων,
ἐπὰν ἀποθάνῃς, αὖθις ἐξ ἀρχῆς ἔσῃ·
ἔσῃ δ', ὅ τι ἂν βούλῃ· κύων, πρόβατον, τράγος,
ἄνθρωπος, ἵππος· δὶς βιῶναι γάρ σε δεῖ,
εἱμαρμένον τοῦτ' ἐστίν· ὅ τι βούλει δ', ἑλοῦ. =
Ἅπαντα μᾶλλον (εὐθὺς εἰπεῖν ἂν δοκῶ)

πόιει

(1) Diomedes, ni ſallor, ad Calydonios de Agrii filiis, qui avum Oeneum regno ſpoliaverant. Apollod. bibl. lib. I. pag. 37.

(2) V. 423. Ad Theſeum nuncius Creontis, qui democratiam damnat. *τὸ νοσῶδες, quod animi aegritudinem facit*. Soph. Oed. T. v. 1079. Iocaſte ad Oedipum:

> Μὴ πρὸς θεῶν, εἴπερ τι τοῦ σαυτοῦ βίου
> κήδῃ, ματεύσῃς τοῦθ' — ἅλις νοσοῦσ' ἐγώ.

Veram lectionem: νοσοῦσ' ἐγώ. quam cl. Brunckius bene in textum recepit, confirmat cod. Chigianus, ſummae in emendando Sophocle auctoritatis: in omnibus codd. Vindobb. librarii, Atticiſmo adſueti, νοσοῦσ' ἔχω ſcripſerunt.

(3) Ibid. v. 463. verba chori.

(4) Titulus fabulae iam primum ex cod. caeſ. additur. Cognita ſunt & alia eiuſdem fabulae fragmenta, in quibus & ridendi moreſque ſaeculi perſtringendi mulierculae circumforaneae, quae numine quodam adflatas ſe credebant, materiam praebent.

ποίει με, πλὴν ἄνθρωπον· ἀδίκως εὐτυχεῖ
κακῶς τε πράττει τοῦτο τὸ ζῶον μόνον.
Ο᾽ κράτιστος ἵππος ἐπιμελεστέραν ἔχει
ἑτέρου θεραπείαν· ἀγαθὸς ἂν γένῃ κύων,
ἐντιμότερος εἶ τοῦ κακοῦ κυνὸς πολύ·
ἀλεκτρυὼν γενναῖος ἐν ἑτέρᾳ τροφῇ
ἐστὶν, ὁ δ᾽ ἀγεννὴς καὶ δέδιε τὸν κρείττονα.
Ἄνθρωπος, ἐὰν ᾖ χρηστὸς, εὐγενὴς, σφόδρα
γενναῖος, οὐδὲν ὄφελος ἐν τῷ νῦν γένει·
πράττει δ᾽ ὁ κόλαξ ἄριστα πάντων, δεύτερα
ὁ συκοφάντης, ὁ κακοήθης τὰ τρίτ᾽ ἔχει (1).
Ὄνον γενέσθαι κρεῖττον, ἢ τοὺς χείρονας
ὁρᾷν ἑαυτοῦ ζῶντας ἐπιφανέστερον.

Θεόγνιδος (2)·

Καὶ σώφρων ἥμαρτε, καὶ ἄφρονι πολλάκι δόξα
ἕσπετο· καὶ τιμὴν τὶς κακὸς ὢν ἔλαχεν.

Ἐν ταὐτῷ (3)·

Πολλοῖς ἀχρήστοισι θεὸς δίδοῖ ἀνδράσιν ὄλβον
ἐσθλὸν, ὃς οὔθ᾽ αὐτῷ βέλτερος οὐδὲν ἐὼν
οὔτε φίλοις. Ἀρετῆς δὲ μέγα κλέος οὔποτ᾽ ὀλεῖται·
αἰχμητὴς γὰρ ἀνὴρ γῆν τε καὶ ἄστυ σάοι.

Σοφοκλέους Ἀλείτης (4)·

Δεινόν γε τοὺς μὲν δυσσεβεῖς κακῶν ἄπο
βλαστόντας, εἶτα τούσδε μὲν πράσσειν καλῶς·

τοὺς

(1) Textum ex cod. Vat. & caeſ. reſtitui, quem Grotius in Florilegio eodem fere modo emendaverat: antea legebatur: τὰ τρίτα λέγει. contra metrum.

(2) V. 673. ed. Brunckii. Etiam ex cod. caeſ. & edd. Theognidis ἕσπετο pro vitioſo ἅπτετο ſcripſi, quemadmodum & τιμὴν pro τιμῆς. Soph. Aj. M. v. 841. Ajax ad Iovem ſupplex:
Αἰτήσομαι δέ σ᾽ οὐ μακρὸν γέρας λαχεῖν.
(Ita ſcribo ex codd. Vindobb., Chigiano, & Caſanatenſi).

(3) V. 845. οὔθ᾽ αὐτῷ ex edd. Theognidis & codd. repoſui: particulae οὐδὲ & οὔτε frequenter a librariis permutantur.

(4) In omnibus huius fabulae fragmentis lemma Ἀλείτης cod. caeſ. ubique exhibet, cuius argumentum procul dubio in Hygini fab. CXXII. enarratur, ita ut in h. fr. ad Aleten, Aegiſti & Clytemneſtrae filium, reſpiciatur, qui, dum Oreſtes in Taurica Dianae immolatus ferebatur, regnum Mycenis occupaverat.

Digitized by Google

τοὺς δ' ὄντας ἐσθλοὺς, ἔκ τε γενναίων ἅμα
γεγῶτας, εἶτα δυστυχεῖς πεφυκέναι.
Οὐ χρῆν τάδ' οὕτω δαίμονας θνητῶν πέρι
πράσσειν· ἐχρῆν γὰρ τοὺς μὲν εὐσεβεῖς βροτῶν
ἔχειν τὶ κέρδος ἐμφανὲς θεῶν πάρα,
τοὺς δ' ὄντας ἀδίκους τῶνδε τὴν ἐναντίαν
δίκην, κακῶν τιμωρὸν, ἐμφανῆ τίνειν·
κοὐδεὶς ἂν οὕτως εὐτυχῇ κακὸς γεγώς.

Δημοσθένους Ὀλυνθιακὸς α'. (1)·

Τὸ γὰρ εὖ πράττειν παρὰ τὴν ἀξίαν ἀφορμὴ τοῦ κακῶς φρονεῖν τοῖς ἀνοήτοις γίνεται.

——— Ὀλυνθιακὸς β'. (2)·

Αἱ γὰρ εὐπραξίαι δειναὶ συγκρύψαι καὶ συσκιάσαι τὰς ἁμαρτίας τῶν ἀνθρώπων εἰσίν· εἰ δέ τις πταίσῃ, τοτ' ἀκριβῶς διακαλυφθήσεται ταῦτα πάντα.

Ἐκ τῶν Ἀριστωνύμου·

Ἔοικεν ὁ βίος θεάτρῳ, διὸ πολλάκις χείριστοι τὸν κάλλιστον ἐν αὐτῷ κατέχουσι τόπον.

(1) Ed. Baſil. 1572. tom. I. pag. 4. lin. 8. ubi Philippum innuit.

(2) Ibid. pag. 7. lin. 34. ita ſcribitur: Αἱ γὰρ εὐπραξίαι δειναὶ συγκρύψαι καὶ συσκιάσαι τὰ τοιαῦτα ὀνείδη· εἰ δέ τι πταίσειε, τότε ἀκριβῶς αὐτοῦ πάντ' ἐξετασθήσεται. Quod hic de ſolo Philippo dicitur, Stobaeus generatim extulit: ex quo magna lectionis varietas oritur.

F I N I S.

CONSPE-

CONSPECTUS

RERUM PRAECIPUARUM

Quae in hoc libro continentur.

IN PRAEFATIONE

Inſtitutum praefationis *pag.* III.
Hiſtoria chartae Borgianae IV.
Merita interpretum loci Pliniani (*H.N.* lib. XIII.) diiudicantur IV. V.
Loca veterum de papyro & charta papyracea recenſentur V. *& ſeqq.*
De papyris extra Aegyptum , quarum antiqui mentionem faciunt , earumque uſu VI.
Duarum Salmaſii emendationum loci Theophraſti una probatur , altera reiicitur VIII
Scaligeri opinio de inſerto quodam loci Theophraſti additamento adprobatur . *ibid.*
E textu Strabonis additamentum marginale eiicitur X.
Plinius ex loco Theophraſti emendatur XI.
Menſura papyri apud Plinium cum menſura a recentioribus ſtabilita conciliatur *ibid.*
Salmaſii interpretatio loci Pliniani ceteris interpretum rationibus antefertur XIII.
Verae loci Pliniani interpretationis clavis XIV.
In quo conſiſtat mutatio chartae a Claudio facta , duce Salmaſio explicatur XV.
Origo falſae Guilandini opinionis de charta Claudia , quod ex tribus ſchedis (ſtamine nempe , ſubtegmine & altero ſtamine) conſtiterit *ibid.*
Ratio , cur de Scaligeri & Caylii aſſertis (polituram nempe chartarum , malleo ac dente factam , ſolis Romanis deberi) dubitetur *ibid.*
Harduini emendatio textus Pliniani reiicitur *ibid.*
Antiqua textus Pliniani lectio contra Harduinum defenditur XVI.
Iſaias cap. XVIII. v. 2. explicatur XVIII.
Iſidori Hiſp. (Orig. lib. VI. pag. 131.) textus reſtituitur XIX.
Initium & finis uſus chartae papyraceae conſtituuntur XX.
Brevis conſpectus chartarum , quae hodie in aedibus Vaticanis adſervantur XXI.
De aſſerto Mabillonii , quod uſus chartae papyraceae ultra ſaeculum IX. duraverit , dubitatur . additurque dubitationis ratio XXI. XXII.
Notus Euſtathii locus (Od. Φ. p. 1923.) adfertur & explicatur *ibid.*
Charta Borgiana deſcribitur , eiuſque fabricationis modus cum eo , qui in chartis Vaticanis & Alteriana cernitur , comparatur XXIII. *& ſeqq.*
Opiniones de indole & conſilio chartae Borgianae XXXI.
Quod charta Borgiana tanquam charta publica conſiderari debeat , huiuſque aſſerti ratio XXXII.
Argumentum chartae illuſtratur XXXIII. *& ſeqq.*
Quo more nomina matrum nominibus operariorum adiecta ſint XXXV.
Quod difficile ſit aetatem chartae definire XXXVI. XXXVII.
Rationes aetatis conſtitutae exponuntur XXXVII.

Prae-

Praeſtantia & utilitas chartae Borgianae monſtrantur xL. & ſeqq.

IN ADNOTATIONE CRITICA

Forma Graeco-Aegyptia nominum in ᾶς exemplis illuſtratur *pag.* 50.

Tentatur nova interpretatio inſcriptionis Graeco-Aegyptiae monumenti Quiriniani 58. & *ſeqq.*

Quomodo Πρωτας nomen mulieris eſſe poſſit, exemplo illuſtratur 74.

Vocem Aegyptiam ⲟⲣ aut ⲟⲩⲣ, quae hodie perdita eſt, in multis nominibus propriis chartae Borgianae ſupereſſe aſſeritur 75.

Nova inſcriptio Graeca, Eleuſinis reperta, illuſtratur 77. & *ſeqq.*

Quid novi ex hac inſcriptione diſcatur (quod prohibitum fuerit initiatos nomine compellare etiam perſpicuum eſt ex Luciani Lexiph. tom. I. pag. 829. ed. Amſtelod. 1687.) 79.

Quid de duplici imperatoris Hadriani initiatione, cuius Euſebius meminit, exiſtimandum ſit 81.

Nomen Cereris olim ſcriptum fuit Δηω & Δῃω cum & ſine iota 83.

Suſpicio, qua finis inſcriptionis male deſcriptus eſſe creditur 85.

Exempla permutationis vocalium, quae in nominibus Aegyptiis chartae Borgianae frequens eſt, in unum locum congeſta conſpiciuntur 88. & *ſeqq.*

Quod articulus Aegyptius, qui nominibus propriis vulgo praefigitur, in charta Borgiana nullibi ex dialecto Memphit. πι pronuncietur 89.

Alia inſcriptionis monum. Quiriniani explicandae ratio proponitur *ibid.*

Contractionum ſyllabarum, quae in nominibus Graeco-Aegyptiis deprehenduntur, exempla 90.

Duae vocales iuxta ſe poſitae ex dialecto Graeco Aegyptia interdum coaleſcunt 91.

Origo nominum Σουχας & Πετεσουχ conſtituitur 93.

Literarum reduplicatio (ut Λουππος pro Λουπος, Κολλουθος pro Κολουθος) ad dialectum Graeco-Aegyptiam refertur 108.

Loca, in quibus ſolis vox *απατωρ* (in charta Borgiana frequens) ſine compendio ſcribitur *ibid.*

IN ADNOTATIONE PALAEOGRAPHICA

Scripturam chartae Borgianae eam eſſe, quae apud Graeco-Aegyptios in actis publicis adhibebatur, ex ipſa tachygraphiae forma adſtruitur 110.

Tachygraphia chartae deſcribitur 111.

De antiquitate inſcriptionis Retinenſis dubitatur, adiectis dubitationis rationibus 112.

Ordo, ſecundum quem literae alphabeti digeſtae ſunt, exponitur 113. & *ſeqq.*

Illuſtratur teſſera hoſpitalis Muſei Borgiani Velitris 115.

Quod lit. Aegyptia ϥ in alphabeto chartae Borgianae occurrat, ſaepiuſque cum φ Gr. permutetur 117.

Pauca iniecta de origine alphabeti, quod hodie Copticum appellamus, quodque ex charactere Aegyptio & Graeco-Aegyptio compoſitum eſt 118.

Quomodo legendus ſit locus (col. XI. lin. 2.) qui in adnot. crit. pag. 93. male deſcribitur & explicatur 123.

Lectio v. *απατωρ* conſtituitur 127.

IN ADDENDIS

Contra interpretationem monumenti Quiriniani, in *Alticbiero* publicatam, nonnulla monentur 135. & *ſeqq.*

Omnes flexiones peregrinae nominum Graeco-Aegyptiorum, quae in charta Borgiana occurrunt, quaeque ad dialectum Graeco-Aegyptiam pertinent, in unum locum congeſtae 138.

Nunciatur in fine nova editio *Sermonum Io. Stobaeenſis*.

CORRI-

Digitized by Google

CORRIGENDA

In praefatione

Pag.	8.	καλον,	pro	καλὸν.
	27.	quarum		quorum
	28.	neceſſe eſt		neceſſe ſit
	29.	remederi		mederi

In textu Graeco

Col.	I.	lin.	3.	ορμου	ορμ..
	VI.	lin.	ult.	καταπο	κατασ...
	XI.	lin.	2. 3. 4.	καλαμευ	καλαμαυ..

In verſione

Col.	I.	lin.	4.	*ultro ſe offerentium*. delenda ſunt
	VI.	lin.	6.	Thaphorſaite pro Taphorſaite
		lin.	ult.	*operum rectore*. delenda ſunt
	VII.	lin.	1.	*Secundum encomium*. delenda ſunt
	IX.	lin.	7.	*ſacerdote Iſidis, operum rectore*. del. ſunt
	XII.	lin.	15.	Eadem delenda ſunt
	XI.	lin.	2. 3. 4.	*piſcator*. delendum eſt

In adnotatione

Pag.	45.	lin. 3.	an ſi	ac ſi
	53.	lin. 17.	fr. XXII.	fr. XXI.
	59.	lin. 18.	caracter	character
	61.	lin. 1.	*Idem vitium*	
	81.	lin. penult.	trucidaverat	trucidaverit
	119.	lin. 24.	proprie ſit	proprie ſic
		lin. penult.	reliquunt	relinquunt.

IMPRI-

Digitized by Google

IMPRIMATUR,

Si videbitur Reverendissimo Patri Magistro S. P. Apostolici.

F. Xaverius Paſſari Archiep. Laris. Vicesgerens.

ADPROBATIO

CHartae papyraceae, quae in Borgiano Muſeo Velitris adſervatur, quaeque omnium iudicio non difficilis modo, verum deſperatae omnino intelligentiae habebatur, cl. vir Nicolaus Schow, Danus, explanationem aggreſſus eſt, atque patientia vigiliiſque ſuis rem eo perduxit, ut cum fidem ſuam liberaverit, latineque eam reddiderit, iam probari poſſit & debeat. Hominem ſane, qui Graeca Latinis coniungens C. G. Heynium audiverat, idque in celeberrima Academia, ita a ſummo huius aetatis Philologo diſcere oportuerat, ut magnum aliquod praeſtaret. Mihi gaudeo quod eum, cum vix Romae adveniſſet, in ampliſſima hac Bibliotheca ſuſceperim, quodque ab Rm̃o S. P. Magiſtro huius operis, quod typis vulgandum cenſeo, mihi cenſura demandata fuerit, virumque enixe oro, ut vetera monumenta, prout incepit, tamdiu colat, quoad eum quantum profecerit non poenituerit; nos enim cum ipſo profeciſſe arbitrabimur.

Dabam in Bibliotheca Caſanatenſi VI. kal. iun. an. MDCCLXXXVIII.

F. Philippus Angelicus Becchetti Ord. Praed. Bibliothecarius Caſanatenſis.


IMPRIMATUR.

Fr. Thomas Maria Mamachius Ord. Praedicat. Sac. Pal. Apost. Magister.

Digitized by Google

Tab. I.


Alphabetum chartae papyraceae Musei Borgiani Velitris.



Digitized by Google

Digitized by Google


Sigla chartae papyraceae Musei Borgiani Velitris



Digitized by Google

Specimina chartae papyraceae Musei Borgiani Velitris.


col. I. lin. 1–7.



ibid. lin. 10.



ibid. lin. 13.




col. II. lin. 1.



ibid. lin. 8.



col. III. lin. 29.



col. IV. lin. 11.




col. V. lin. 2.



ibid. lin. 3.




col. V. lin. 9.




ibid. lin. 21.




ibid. lin. ult.




col. VI. lin. 9.



ibid. lin. 12.




ibid. lin. 21.



Digitized by Google

Tab. IV.


Specimina chartae papyraceae Musei Borgiani Velitris



Digitized by Google


Tab. V.

Specimina chartae papijraceae Musei Borgiani Velitris



Digitized by Google

Specimina fragmentorum ejusdem chartae papyraceae



Digitized by Google

Digitized by Google

00567377
Digitized by Google

Digitized by Google